2.

VITA, ET OBITVS SANCTISSIMI CONFESSORIS GVILIELMI VERCELLENSIS,

SACRI MONASTERII MONTIS VIRGINIS de Monte fundatoris, ac Religionis eiusdem Monachorum, & Monialium institutoris.

A M. R. D. FELICE RENDA, A MERCVriano Theologo, & Priore Monasterij Montis Virginis Neapolis.

Collecta.

ADDITIS EIVSDEM RELIGIONIS, ALIOrum Sanctorum vitis: & Priuilegijs in fauorem.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.

NEAPOLI,
Apud Io. Donatum Celetum.

M. D. LXXXI.

ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISSIMO D. D.
GVIDO DE FERRERIIS
Vercellensi.

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE
Cardinali tituli SS. Viti, & Modesti.

D. FELIX RENDA, HVMILIS
Seruus: Salutem.

I Res magnæ, Magno patrocinio indigent: magnoq; viro, donandæ sunt. Vita Diui Guilielmi Ciuis tui, authoris, ducisq; tùm Mulierum Religiosarum, tum Virorum, qui ex loco, in quo ipse Sanctus ætatem duxit, & nobis ædem, suis manibus ædificauit, Sacri Montis virginis dicuntur: meritò, iureq; optimo Munusculum nostrum in tuo nomine apparebit. Tu generis nobilitate, tuo fauore, vitæ sanctitate, bonarum litterarum doctrina, facile hæc nostra tueri poteris. Quare maius patrocinium labori nostro parare nesciui. Ad de hoc, quod ipse Christi Confessor, vt infra in eius vita dicetur, licet vixerit, & in cœlum migrauerit, in hoc Regno. Natus est Vercellis, quæ

est Vrbs in Gallia Cisalpina Patria tua. Præterea tu, qui horum similium librorum lectione delectaris, legas ambò huius tui Ciuis, Meiq; Ducis, Vitam. Admiraberis profecto, gratiam, inqua apud Deum fuit, vt multa miracula fecerit, templa, domosq; viuus suis socijs, & viris, & mulieribus, in Sicilia, in Bruttijs, magna Græcia, Lucania, Apulia, Samnio ædificauerit. Regem Rogerium eius sanctitatem veneratam obseruasse. Quid de eius vita dicam? adeo Dura, agresti, & sancta, vt præter panem, & aquam nil gustauerit, circulis ferreis cinctus. Vnaq; veste indutus, humi iaceret. Quæ plura in eius vita lege. Accipe igitur hoc paruum munusculum, & ipse Sanctus à Deo impetrabit, vt diu, beateq; viuas. Vale. Neapoli Kal. Mart. 1581.

IO. FRANCISCI LOMBARDI NEAPOLITANI.

AD ADMODVM REVERENDVM D. Felicem de Renda Theologum, & Priorem Montis Virginis Neapolis.

Octastichon.

REN DA tuum nomen super æthera docte volabit,
Dum recolis Montis facta stupenda sacri.
AEternum viues GVILIELMI nomen, AMATI,
Dum quoq; DONATI tu inclyta facta refers.
Perge igitur generose Prior, iam perfice captum,
Sanè opus, vt Monachos grauiter allicias.
His populi exemplis crescet deuotio CHRISTI,
Atq; bonus; Pauli ex dogmate; miles eris.

ILLVSTRI, AC

ECCELLENTI DOMINO

PAVLO REGIO

Theologo Neap.

D. FELIX RENDA, SERVVS

Salutem.

VANTA sit in Dei, & Sanctorum affectio tua, Sacræ Theologiæ Doctor Illustris, Deuotissimum opus, fidelissimæ huius Ciuitatis Sanctorum Patronorum, quod fecisti; & aliorũ Sanctorũ quod in dies facis; in Italico sermone, REGIE mensurando declarat. Propterea inter virorum Illustrium te numeratũ agnoscens, tuæ deuotionis, Illustri doctrina, hoc opus de Vita Sanctissimi Guilielmi, meæ Religionis Patris institutoris, & eiusdem, aliorum Sanctorum, cui propriè commendatur, illustrando, vt Italico sermone clarifices suppliciter exoro. Dulcedine enim talis ordinis Italicæ compositionis tuæ non nullas animas ad Deum, suosq; Sanctos conuersas; & quod maius à seculi huius vanitatibus fugientes, habitu sacrarum Religionum indutas, Deo seruire, à multis-sæpe percipio. Quod si vt spero tui fauoris gratia, fiet: fidelibus sicut per alias non modicam vtilitatem aducet: Mihi, meæq; Religioni vtilitas, & solatium maximum erit. Illudq; plurimum tibi commendo. Vale.

ADMODVM REVER.

D. FELICI RENDAE,

THEOLOGO DIGNISS.

PAVLVS REGIVS. S.

IRIFICE gratulor tui vires ingenij expositas esse, describere vitam, moresq; Sancti Guilielmi, aliorumq; Sanctorum sub Montis Virginis regulis, præteritorum. Quod à diuino spiritu insufflatum reputo, dum te, de tua met lege viros viuere calamis impulit, nec mediocriter gaudeo dum me inuitas ad trascribendum Italico sermone ea, quæ Latina lingua condis. Illud scias velim, meæ intentioni semper fuisse sacros Patres non oscura memoria recordari facere, pro futurorum seculorum salute. Legi enim multos catholicos viros Sanctorum virorum lectione ad verum Dei cultum ductos fuisse. Qua propter vt infideles conuertam, vt fideles horter, vt hortatos confirmem, vtq; confirmatos laudem, meum animum appuli ad describendas Sanctorum vitas, quorum exemplo multi quoguntur peccata delinquere, ac charitatem amplecti. Quod si mea ipsa intentio hoc peragere instituerat: quanto libentius, ac alacrius illud perficere conabor à te ad tale opus inuitatus? Restat solum tibi gratias referre pro collatis in me laudibus; quas non mihi, sed Sanctis, quorum vitas descripsi oblatas, refero; teque etiam, atq; etiam rogo, ne inceptum opus deseras; sed libentiori animo illud perficias. Semper enim mei animi promptitudinem alacrem videbis, vt tibi obsequium præstem. Vale.

IN

IN VITA SANCTISSIMI PATRIS GVILIELMI.

Capitulum Primum continet.

SANCTISSIMVS Guilielmus habitu albo Sacræ Religionis induitur.
A fabro ferrario acceptus hospitio circulos ferreos, quibus carnem maceraret petijt.
Apuliam pergens, Melphim, & Centesimum nonum didicit psalmũ.
Coecum orando illuminat.
In ignis flamma apparuit ei Dominus prædicens religionẽ esse facturũ.
Lorica magni ponderis carnem macerat.
In Virginis Monte veniens, aquã propriis manibus effodiens, inuenit; quæ hodie dicitur fons Sancti Guilielmi.
Ædificat casulam, hodie dictam proprio nomine pœnitentiam.
Miraculum de Vrso fontem perturbante.
Sacerdotibus dat institutum.

Capitulum Secundum.

ECCLESIA Montis Virginis à Sãcto Guilielmo fundatur anno.
Miraculum aridi bracchij.
Qua die completa fuit Ecclesia, & consecrata, & à quo.
Dedicationis tempore mutam fecit loqui.
Lupum pro Asino seruire fecit.
Regulam Sancti Benedicti pro norma tradidit prohibens carnis, ouorum, & casei æsum, & asportationem.
Miraculum de lapide à duobus bobus vecto, & ad montem Lacenum venit.
Secunda apparitio Domini, in ea forma qua passus est, facta Sanctissimo Guilielmo.
Miraculum de Muliere Beneuenti.
Grammaticum superat, & poena grammatici.
Miraculum de apro vastante hortulum.
Miraculum de puella lunatica.

Mira-

Miraculum de doemoniaco, et de ædificatione magni monasterij in Basilicata.
Tertia apparitio Domini.

Capitulum Tertium.

DE ædificatione Tertij Monasterij Sancti Saluatoris de Guleto.
Monialium instituit Monasterium maximum.
Miraculum de puella coeca Beneuenti, illuminata.
Miraculum de Aqua conuersa in vinum.
Miraculum de igne extincto, scapulari.
Miraculum de puella lunatica.
Miraculum de Meretrice, quæ cum Sancto concubere voluit.
Monasterium secundum Monialium ædificat.
Melphi tertium Monasterium Monialium facit.
Panormi sub titulo Sanctæ Mariæ Buffinianæ cum priuilegio Rogerij Regis, Magnum Monasterium fecit. Priuilegium.

Capitulum Quartum.

DE Obitu Sanctissimi Patris, & miraculis.
Diem sui obitus Rogerio Regi reuelat.
Monialibus prædicat, & mortis suæ diem reuelat.
Miraculum de muliere surda, in exequijs factum.
Miraculum de paralisi.
Miraculum de puella doemoniaca per accessum ad sepulchrum sanata.
Secunda Consecratio Montis Virginis.
Miraculum de paralitica.
Miraculum de Doemoniaca, Henricis Imperatoris tempore qui à Hierusalem.
Virginis Imaginem quæ cernitur ad præsens venire fecit, & priuilegio Terram Mercuriani Monasterio donauit. Priuilegium
Bulla Coelestini Papæ Tertij.
Numerus Reliquiarum Montis Virginis.
Miraculum de puero claudo. Tempore Federici Imperatoris.
Priuilegium primum. Priuilegium secundum.
Officium Sancti Gulielmi.

IN VITA SANCTI AMATI EPISCOPI.

Capitulum Primum continet.

SANCTVS Amatus cũ Ioanne ad Sanctũ Guilielmũ accessit, ac habitu religionis Mõtis Virginis induitur. Monasterium Magnũ virorum, dictum Sancta Maria de Fontiliano ædificat.

Miraculum de claudo.
Apparuit ei Angelus Domini.
Miraculum de vincto catenis.
Sanctus in Episcopali dignitate eligitur.
Miraculum de Primicerio.
Miraculum de puella lunatica.
Miraculum de oppresso à diabolo.
Monachorum plura Monasteria facit.
Miraculum de Clerico.
Miraculum de paralitica, & doemoniaca.

Capitulum Secundum.

TEMPORE obitus.
Miraculum de lampade.
Miraculum de doemoniaco liberato.
Miraculum de captiuo liberato.
Miraculum de claudo.

Capitulum Tertium.

TEMPORE translationis.
Miraculum de paralitico.
Miraculum de coeco.
Miraculum de puero.
Officium Sancti Amati.

IN VITA SANCTI DONATI MONACHI.

Capitulum Primum continet.

QVA pœnitentia carnem macerabat.
Miraculum de furno ignito, & scapulari purgato.
Miraculum de Vrso.
Officium de communi simplici.
Priuilegia in fauorem &c.

D. FE-

D. FELICIS RENDAE

A MERCVRIANO THEOLOGI, ORDINIS MONTIS Virginis.

IN VITAM SANCTISSIMI PATRIS Guilielmi Vercellensis fundatoris Sacri Monasterij Montis Virginis, & aliorum Sanctorum eiusdem Religionis.

Præfatio.

IN Maximum celebratumue, Sacrum Montis Virginis de Monte Monasterium, magna fidelium Deuotio, Ibiq; huius Regni populorum concursus; Ambitus; Montis cacumen; latæ viæ; Vestibula plana; Claustra splendentia; Imperialia Moenia; Alta Aedificia; Magnifica tecta, Religiosissima sacella; Sanctissimæ Virginis Magnæ Matris Imago; Reliquiarum, & Sanctorũ Corporum numerus. Igens Ecclesia, tum coellarum copia; hospitium magno nitore resulgens (quòd non modo oppidum, sed vt Ciuitas videtur à longè, ornamentis decorata magnificis) Sanctitas cum Miraculorum copia, istius Monasterij fundatoris; vt vitam Sanctissimi Patris Religionis virorũ, & Mulierum, institutoris eiusdem, & aliorum Sanctorum; vt describerem, animo duxerunt. Prædictum Monasterium, circum se Montes scopulosos, inaccessos, præcipites, & ita per altos, vt secundam aeris regionem videantur attingere, ac obsitos continue niuibus habet. Vix hyberno tempore, ob niuium, & glacierum ingentes horrores, habitabile: cum pluuiæ descendentes à coelo statim conuertantur in niuem. At Mons frigoribus non obstantibus aeris temperie æstiua, soegetum commoditatem, varietatem fructuum frumentorum

mentorum atq; leguminum, copiã non modicam, & pecudibus paſcula, collium, & virentium conuallium, pabula, numeroſis diuerſorum animalium armentis, foecunda producit. Ac ſurgentes Mons, nonnullos ſcaturit fontes; & quem Sanctus fundator proprijs effoderat manibus, quibus Monaſterium conſtruxit, & auxit. Cuius Sancti Patris meritis Religio, breui Monaſterijs innumeris magnificata fuit. Siciliæ, à Siciliæ Rege Rogerio ſuo familiari, cuius auxilio Panormi Monaſterium Virorum. Sanctæ Mariæ Buffinianæ, & Mulierum Sancti Saluatoris conſtruxit. Poſt Meſſinæ, Cataniæ, ad Virginis, & Sancti Saluatoris gloriam à Guilielmo Rege multa fuerunt monaſteria, & templa conſtructa. Ac Conſtantia Regis filia huius Religionis habitu induta, & Monialis effecta profeſſa (quam Henricus VI. Romanorum Imperator Auguſtus, diſpenſatione Pontificis duxit vxorem) Reuerendiſſima vna cum viro Henrico, Montis Virginis, Monaſterio, Terram Mercuriani donauit. Federicus Imperator Patris, & Matris deuotionis in Religionem hanc, non immemor factus: ei Roccellam Siciliæ, poſſeſſiones, bona, multaq; loca dono dedit. Et tanta catholica Religio fuit Siciliæ Regum, & Imperatorum, quòd Siciliæ, Calabriæ, Baſilicatæ, Apuliæ, & Campaniæ innumera virorum, & mulierum Monaſteria conſtruxerunt, ac conſtructa priuilegijs decorarunt. Idem Carolus Primus, Secundus, Tertius, Robertus Reges, & Domina Ioanna Regina vxor Ludouici Regis Antea Taranti Principis, & Regni Siciliæ Vicarij Generalis, filij Catherinæ Imperatricis Conſtantinopolis (quæ Imperatrix ſuam imperialem auream, præcioſis lapidibus inſignitam coronam, vt ad præſens videtur ad Sanctiſſimæ Virginis caput accomodauit) Quorum Ludouici Regis, Catherinæ matris: Ioannæ vxoris, filiorum, & filiarum, corpora: in prædicto Sacro Monaſterio, ante aram Virgini dicatam, collocata iacent. quæ priuilegia Rex Alphonſus. Rex Ferdinandus, & alij Reges approbarunt, poſtremo, vero Chriſtianiſſimus Carolus V. Imperator Romanorum Auguſtus confirmata, ſtabiliuit. In Caſtello nouo, Nobilis huius Ciuitatis Neapolis 1536. Et à Lucio III. Sanctæ Sedis Pontifice Max. vſque ad præſentem, quem Deus conſeruet. D. N. PP. Greg. XIII. Indulgentiarum, exemptionumue priuilegijs. Illuſtratata manet præfata Religio.

BENEDICTVS DEVS.

S· GVILIELMVS VEERCL LENSIS.

VITA, ET OBITVS
SANCTISSIMI GVILIELMI CONFESSORIS;
SACRI MONTIS VIRGINIS DE MONTE Monasterij, fundatoris: Congregationis eiusdem, Monachorum, & Monialium Institutoris.

GVILIELMVS Vercellensi patria ortus, nobili progenie natus, morum nobilitate præclarior, à teneris annis, mundi delectamenta contemnens, sola diuina mente reuoluēs; nullo vitio animum dedit. Ab infantia vtroq; parente orbatus, in curam fuit susceptus à suis: qui, & si propter futuræ perfectionis, indicia, tenerrimè diligeretur ab eis; patriam, suosq; relinquens, vt ad Dei seruitium liberius euolaret; quartumdecimum annū attingēs, habitu albo, vt purus à vitijs sacræ Religionis est indutus, Nudus pedibus, vnaq; veste, cōtentus paupertatis exēplo, Christū imitans; sanctū Sepulcrum, beati Iacobi Apostoli, aliorumq; sanctorum templa visere cupiens: iter aggreditur. Animo ardens adolescens sanctus, eorū in terris visitare reliquias, quos socios habiturus erat in cœlo. Sanctum propositum sequens, dum suum peregrinās perageret iter in quandam vrbem aduenies; circa noctis crepuscula à quodam fabro ferrario magnæ religionis viro, fuit susceptus hospitio, is dominum amans, domini seruis hospitalitatē impendens, hospitum pedibus lotis

Habitu Albo sacræ Religionis induitur.

A fabro ferrario S. Guilielmus accipitur hospitio.

A come-

comedenda non pauca parabat; à quo confessor sanctus, solo pane, & acqua refectus cætera sibi apposita renuens; ad nocturnam quietem stratis lectulis inuitatus, quietis tempore, nuda requieuit, in humo. Cuius abstinentiam & humilitatem pius faber aduertens, sanctum Dei famulum esse ratus: cum serò, nec verbum quidem elicere potuisset. Mane sequenti solitò de somno consurgens, cum eo sermonẽ conferere, decreuit. Itaq; mane hospes festinanter de strato prosiliens, proficiscenti, & exire paranti, supplici voce deposcens; vt secum alloqueretur, occurrit. Quem festinus sic eum alloquitur. Serò vt monachus profundo silentio silens, quod tunc non potui, nunc dicere non erubesco. Licet sim vitiorum mole depressus, nec sanctorum cœtibus audeam sociari, eis tamen in nostro susceptis hospitio, Dei fretus auxilio, largiflua dona quæ nobis grãtis ipse donauit, largiter studui, iàmdudum pauperibus ministrare, qui nostra nunquam cum gratiarum actionibus sumentes renuerunt charitatis officia. Tu autem vir abhorres apposita, tangere: Num mea peccatoris contemnis obsequia? At famulus Dei, vt erat vultu sereno, ac hilari facie, est alloquutus. Absit; vt in charitatis obsequijs, à Deo creata, & humano vsui deputata, abhorrendo recusem, nec tua non amem obsequia? sed Christi vestigia sequens, à delitiosis cibis, potuq; vt possum abstineo, cuius religionem faber agnoscens, ad habitandam Ecclesiam, quam in suo condidisset prædiolo, Dei famulum inuitauit obnixè, ad quem sanctus, etsi in Ecclesijs domino famulari, rem esse mihi constet eggregiam, coepti tamen non est consilium mutare sentẽtiam: à puero enim Sanctorum limina visitare cupiens, haud impiger fui; At hospes à proposito sanctum non posse mutari cognoscens, vt saltem de meis rebus aliquid digneris accipere, pia voce deposcit. Tantæ affectionis instantia visa Venerabilis Pater ne mœrentem relinqueret illum, duos ferreos circulos quibus corpus affligeret, quorum altero pectus, altero ventrem circuudaret è quibus per humeros duæ protenderentur laminæ ferreæ, strictis clauibus, circuli vtriusq; colligarentur; vt sibi fierent, humiliter postulauit. Cuius petitionem faber accipiens, teneram

Faber cum Sãcto, alloquitur.

S. Guilielmus semper hilaris, etfacie serenus alloquebatur.

ram mirans ætatem, iuuenili in corpore robur, & maximã in Dei dilectione tenere constantiam, omni qua valuit cœleritate, confecit, & effectos Dei viro gratanter ipso donauit; quem dulciter amplectens veniam petijt, hospitis limina post terga relinquens, circulos quos gaudens accepit ad carnis macerationem aptauit. Pauper, & humilis abiens septentrionalia frigora lustrat, multa sanctorũ limina visitando, hierosolimam pætere vehementer ardebat. Verum quod æstuanti geritur animo omnis est moræ impatiens; si libera perficiendi est præstò facultas, cum multorum salute in Apuliam venit, Melphimq; perrexit, pauper, pedibus nudis, vnica veste, circulis ferreis strictus, semper incedens; Vbi dum in cuiusdam Rogerij domo cõmoraret, literarum prius ignarus centesimum nonum ab eo didicit psalmum; quem edoctus largiente Deo, in eo tanta fuit sacræ scripturæ peritia, vt spititus Domini per os eius, qui adhærentibus ei profunda, ac alta misteria spirat, loqui uideretur à cunctis. Noui, ac ueteris testamenti, quæ antea sibi erant incognita, & sententiarum abscondita profunditas, fuerunt nota, & manifesta ueritas. Ac indè profectus ad oppidum quoddam solicoli Montis apud militem quændam nomine Petrum, biennium ferè ad recreationem potius, quàm ad satietatis nomen, solo pane corpus reficiebat, & aqua, & si delitiosos aliquando cibos sumere uellet, erant sine oleo, sed cum aceto legumina, sic uiuens habitabat in maxima pace. Deus autem ad multorum salutem, destinatum, ab incepto reuocabat itinere, vt eius exemplo ad vitæ amorem multi accenderentur, æternæ. Die quadam euenit vt Christi confessor sub ardenti sole, iustitiæ solem, in soliculi rupe, quod sæpius faciebat: Deum oraret. Quo tempore oppidi vir erat oculorum lumine cassus, quem redeuntem ab agro eius filia dum duceret, oeminus aspiciens eidem nunciare curauit, Dei Sanctum orantem vidisse genibus sæpo flexis in rupe; sed cœcus ductus à filia sancti pedibus volutans, vt lumẽ reciperet precibus petebat assiduis, quod vir Dei vt audiuit, & id suæ non esse virtutis commemorans, cœco passiones, ac tribulationes: Dei visitationes esse nunciat, & dum hæc loqueretur admonens, Infirmus sopori

Circulis ferreis carnem macerat.

Pergit ad Melphim, ad Apuliam veniens: & cẽtesimum nonum didicit psalmum.

datur, & quem cœcis præbuit visum humiliter sanctus orauit, vt meritis primogeniti totius creaturæ, Deus. fidem illius acciperet, qui non sibi, sed infinitæ bonitati, ac potestati immensæ gratias ageret multas, orationeq; facta vir Dei, eum vt à somno surgeret: dixit. qui expergefactus, Sancti intercessionis merito, visus lumen, quod amiserat recepit clarius. Quo audito miraculo, ingens sanctitatis increbuit publica fama; ac eius continentia vitæ incepit publicè prædicari. Quod Dei famulus audiēs; & ne populari moueretur aura, verens, inde discedere, ac Hierosolimam petere, statuit. Nec mora, quod mente conceperat, opere satagebat implere. Eodem tempore, quo iter aggreditur, venerabilis vir, Ioannes nomine, cuiusdam Monasterij: quod ipsemet iuxta Genusium edificarat, pater, existens, eius Confessor Sanctus fama motus, vt cum eo loqueretur, ab incepto declinauit, itinere. At vbi conueniunt, in mutuos, ruentes amplexus: de mundi contemptu, stimulis carnis, diaboli fraudibus, de fundamento virtutum, charitate, ac qualiter, Deo sit seruiendum; sunt collocuti, vicissim. Altera die Hierosolimam abeundi veniam petijt, quod ne faceret; cum eius præsentia fidelibus maior fuisset vtilitas, à patre prædicto, sæpius admonetur, cui nequaquam parens, arrepto itinere, iuxta Oream deuenit; & à latronibus sœuis flagellis fuit affectus. Non dum enim patruelia regna hereditario iure Rogerius Rex capessens, à Sicariorum faucibus, Apuliam liberarat. Quibus Dei Sanctus, cognouit, indicijs: se quod corde gerebat, ac primum propositum opere non posse complere. Necessitate impellente, properè ad prædictum Ioannem Patrem, est reuersus, à quo in dies, vt secum cohabitaret, magna dilectione roga tur: Cui Guilielmo Sanctissimo nocte oranti in ignis flam ma apparuit Dominus prædicens, ipsum alibi Deo seruiturum, & fidelium Congregationem esse facturum. ter quinis Volutis diebus, quod Dominus dixerat: Beato Ioanni communicans, à quo venia petita, per Montana arripuit iter, ac solitariæ vitæ congruentia loca, diligenter explorans; ad Atripaldum, quod non longè abest à Virgiliano Monte, quem ad solam vitam degendam opportunum

Cœcum illuminat.

In ignis flamma apparuit ei Dominus.

Venit Tripaldum.

tunum esse cognouit: peruenit. In domo Matronæ cuiusdam, acceptus hospicio, circulos ferreos, quos portabat, ruptos inuenit. Vir prudentioris consilij, ne quos, secretè, nudam carnem domabat, palam ostenderet alijs: vt à milite quodam magni ponderis loricam, illam, nuuquã depositurus, quærens acciperet: Salernum proficiscitur; quam statim ingresso Dei viro, miles occurrit; eius petitioni loricas, vt meliorem reciperet, quotquot habuit libenter ostẽdit, quarum maioris ponderis, vt indueretur, vnam accepit, & illa sub veste indutus, iterum Atripaldum remeat, & in domo prædictæ Matronæ dum commoraret capitis tegmen ferreum, est adeptus; capiti imponens, & à nemine compertum, vlterius non remouit. Priusquam discederet Matronam consuluit, si in vertice Vergilij montis habitaret aliquis, cui mulier ait. Aliqui, in iugo montis, quendam Hæremitam esse homines dicunt. Assumpto socio, vt viam ostenderet, nomine Petro. Spiritu intus, galea, circulis ferreis, & lorica nuda carne coopertus, Christi miles, armatus; inde profectus, in præmissum montem ascendit. Ibiq; Hæremitã, antea à Matrona, alijsq; monstratũ: inuenit, quem humiliter salutans, vt cum illo cohabitaret, desiderium aperit. Cui Hæremita respondit. Benedictus Deus qui me tecũ seruo suo associari, dignatus est. Sanctè simul in dies paterno amore de Dei seruitio, cœlestiq; gloria viuentes, colloquebantur. Vna die Confessor Sanctus, aquam, quam volebat in montis cacumine, posse inueniri; cum socio cuncta perquirens, lutum Vrsorum vestigiis conculcatum, inspicit, quod manibus prius orando eleuatis in cœlum, genibus flexis, effodientes aliquantulum aquæ inuenere, surgentis. Adueseraścente autem die, ad antrum lapidis, ita à natura productum (quod vt fuit ad præsens extat in esse) reuersi, Vsque ad noctis tertiam horam disciplinis, ac orationibus vacantes, ad quartam, se quieti dederunt. Mane sequenti, pro penuria aquæ non modicum soliciti, affluentiorem quærentes, soliti labori non parcendo: montana discurrunt. In venatores incidunt, qui de aqua consulti; ad vberrimum fontem lidiæ non longè ab eo de phidia, eos, perducunt; Quos, abeuntibus illis, montis, & siluarum custodes, inue-

Lorica magni ponderis carnem maceras.

Aqua quæ ad huc fons Sancti Guilielmi dicitur, manibus proprijs effodiens inuenit.

Capitur ab his qui fures insequuntur.

inuenientes solos; eos arbitrantes esse latrones; ad Mercuriani Baiulum deducunt: qui eorum cognita sanctitate in pace dimisit. Sanctissimus Guilielmus ad locum, in quo socium inuenit, iterum misit: at ipse iterum Atripaldum reuertitur, assumptis quibusdam Consanguineis, & vicinis, Matronæ, cuius antea erat vsus hospitio, cum illis ad locum, in quo prius manibus aquam repererat, ascendit, ibiq; iuxta antrũ prædictum casulam quandam, edificat; & edificatam nomine proprio pœnitentiam vocat, in qua ædificatoribus gratias agit, ac illis redeuntibus, solus Dei Sanctus cum Christo remansit; In alia cellula ab eisdem constructa, primo manente socio Ioannes nomine, Deo vnanimiter seruiebant. Die autem quadam à cella, quæ propè prædictum fontem erat egrediens, Vrsum perturbantem fontem, quem Sanctus cum socio proprijs effoderat manibus, ac conculcantem inuenit. At Vrsus pluries hoc faciens cui vir Dei vnica die imperat dicens: Quid agis? alieno labori non parcis? fontem, quem manibus purgo, tu indies post potum, sæpæ conturbas? Amplius caue ne venias? Qui venerandi patris imperio demisso capite, nil fœritatis ostendens, facti pœnitens, erubescens, ac amplius non reuersus, aufugit. Erat Sancti Confessoris eo tempore victus, subcinericius ordeaceus panis, fabæ sine oleo crudæ, ad recreationem castaneæ, quas suis manibus colligebat. Interim elapso anni spacio, quændam sanctæ vitæ monachum Albertum nomine, qui eius sanctitatis famam intelligens ad ipsum venit, vt secum habitare permitteret, supplici prece poposcit: in suo comitatu suscepit. Tanta erat pœnitentia eius quod semel comedebat in die, sero in nuda humo aliquantulum sopori datus, surgens ante crucem quam habebat in cellula, vsq; ad ortum solis, ut lapis immobilis genibus flexis, orationi uacabat, die operi, & disciplinis insistebat. Duobus autem annis elapsis per omnes regiones, ac prouincias Sancti Patris increbescente fama, quòd uirorum, & mulierũ ingens ad eum multitudo currebat, inter quos quidam fuerunt sacerdotes seculares qui sub eius magisterio se ad Dei seruitium mancipari, ac sacris disciplinis cupiebant institui. Et sub custodia Dei uiri

Edificat casulam, quæ hodie videtur in Virginis Monte, & pœnitentia vocatur.

Corpus Ioãnis adhuc miracula facit dœmones ab oppressis expellit in Virginis Monte.

Miraculum de Vrso fontẽ perturbante.

S. Albertum in discipulum accipit.

normam

normam sanctè uiuendi, quærentes, subijciuntur. Prece monitisq; patris Diui Apostoli uitam sequẽtis, & doctrinam, ut nemo manducat nisi laboret, uictum, & quod pauperibus erogarent suis manibus laborantes compararent. Cuius salutare consilium, ac uitæ statutum breui tenentes præsbyteri, Antiqui hostis suggerente malitia, se sacerdotes esse dicebant diuinis horis, ac missarum obsequijs ordinatos, libros, sacerdotalias uestes, Ecclesiam edificari, ut diuinis seruirent officijs, & non ut rusticos exercere, poscebant. Quorum desiderium uolens implere, ut mentis tranquillitatem à contemplationis officio non reuocarent.

DE EDIFICATIONE SACRI MONASTERIJS Montis Virginis de monte à Sancto Guilielmo, & miraculis ibi factis.

POST modicum temporis Ecclesiam ad Dei, ac Santissimæ Virginis (à qua mons qui Virgilianus à Mãtuano Poeta qui ibi accola fuit dicebatur) nunc Virginianus, à Virgine nomine sumpto uocatur, erigere curauit. Nam biduo (mirũ dictu) orans uix oratione finita magna undiq; hominum cõfluente caterua, statim calcaria magna, ut lapides essent in calcem soluti; facta est, propinquarum Ciuitatum auxilijs Ecclesia incipit erigi, at ipse labori non parcens, ut solebat in omnibns Deo gratias agens, oratione facta, primus, subsequentibus socijs, beatis Ioanne, & Alberto Ecclesiæ fundamenta fodere incipit, & fossis primo lapidem signo crucis signatum, proijcit, intus. At dum ipsa constrnereretur Ecclesia quidem ligur gualterius nomine aduena aridum brachium habens, arte architectonica nõ ignarus dum assisteret, ad locum uenit eundem, quem tãquam exploratorem circumeuntem, & inspicientem Domini Confessor interrogat. Num talis operis es astifex? Incipe operari. At ille brachium aridum ostendens, talia uoce perfundit. O beatissime Pater, libenter, quod tua sanctitas præcipit, obsecundarem obediens. Ecce in liguriæ partibus architectonica arte peritus, diuina punien te iusti-

Ecclesiam Mõtis Virginis Sãctus erigit anno 1124. die decimo mensis Aprilis.

te iustitia, & meis peccatis exigentibus eam, dum Turrim construerem cecidi, ita ut hoc brachium inremedicabiliter, perderem. Quod intuens Dei Confessor confisus in Domino ei lapidem ostendit dicens. In nomine Iesu sume lapidem illum, & edificio compone, qui è uestigio parens, sospitatem recuperat. Lapidem lætus suscepit post ab eo sacræ Religionis habitum indutus, ac eius discipulus effectus, iugiter ipsius obsequebatur, imperio. Paucis verò diebus Ecclesiam erecta fuit, de libris, paramentis indumentisq; prouidere uolens, cum socio Salernum adijt inde reuersus Auelleni Episcopum, ut ad Ecclesiæ dedicationem dignaretur accedere, inuitauit, dicens. Antistes colende, cum Ecclesia ad Dei, & suæ Matris Sanctissimæ sit in monte erecta virgineo, die qua Deus spiritum suum igneis linguis misit in discipulos, sacrando, ut Benedicas, humiliter poscens, exoro. Ad quem Pontifex Ioannes uomine, in die qua cupis, paratus ad dedicationem accedam. A quo discedens cum socio ad prædictum redijt montem. Proximo mense Maij in die Pentecostes anno 1124. constituto die, Auellenensis Episcopus Dominus Ioannes religiosissimus, una cum clero suorum fratrum, ad Ecclesiæ consacrationem uenit; ad quam innumera gentis multitudo confluxit. In qua erat mulier quæ per annos septem muta silebat, ad Sancti tamen Confessoris interrogationem, libera uoce, respondit. Quo uiso miraculo omnes Guilielmum Sanctum prædicare ceperunt. Facta Ecclesiæ dedicatione Episcopoq; discesso: Monasterium, ut monachi, cum cellulis commodè starent, construere incipit: ipse primo incipiens, sequentibus socijs, Asello, qui erat in loco lapides, ligna, & uictualia ducebat, quem fatigatum, dum mitteret ad pascua, Lupo inuaditur: cuius dentibus dilaniatus, in cibum efficiebatur, quod Pater Sanctus intuens. In nomine Gloriosæ Virginis Lupo imperat, quod opera, quæ per Asellum fierent, ipse subiret; qui feritate reiecta, capite flexo viri Dei suscepit imperia; atq; inceptum ab Asino opus, vsq; ad eius vitæ spacium non sine aspicientium admiratione libenter perfecit, his, multisq; miraculis tẽplum, & Monasterium construxit, & auxit. Inde cõstructo

Miraculũ aridi brachij gualterij.

Die tertia Maij Ecclesia completa inspicitur.

Prima dedicatio Ecclesiæ Sãctæ Mariæ Virginis.

Sanctus mutam facit loqui.

Lupũ pro Asino facit seruire.

Mona

Monasterio Virgineum cum latis præsbytèris montem, & nonnullis Monachis incolebat. Annis duobus elapsis præ dictus Abellanensis Episcopus die quo Ecclesiam consecrarat, visitaturus aduenit; cui Pater Sanctus se, suos, Monasterium, & omnia bona conferens, Episcopus sua pietate, Monasterium, sacra, Monachos ab omni onore (sicut in priuilegio talis exẽptionis anno 1126. in archiuio Montis Virginis ad præsens, ut nuper facto seruatur) nullo diœcesano Iuri, inscribi, cũ cõsensu Capituli sui, Episcopali imperio, sic fieri iussit. Quo die (vt nunc fit etiã) maxima populi multitudo confluens, aurum, argentum, & alia asportabat; quæ Pater benignè suscipiens, necessaria monachis retinebat; alia pauperibus erogabat, quòd prædicti præsbyteri per habitus susceptionem monachi effecti, à cupida auaritia ducti, misericordia Dei diffisi, ne hoc faceret, exposcebant, posse hoc fieri testabantur, vt populi ab hac liberalitate cessarent, ipsiq; inopia rerum tentarentur, At postquam ijdem præter eorum opinionẽ euenire vident: dentibus infrendentes, res eorum meritis acquisitas eis deberi, & non pauperibus erogari, ante Christi Confessorem prorumpunt. Quod Dei famulus sentiens, dictis illos solatur amicis. Cognoscens autem se inter illos non posse proficere. Constituto Monasterio collectis Capitulariter Monachis alacri facie publicè dixit, Filij, non ego quæsiui vos, sed ipsi venistis ad me? Sacræ Religionis habitum, Ecclesiam, & Monasterium ædificari quæsistis; quod potui feci, Deus est qui auibus non arã tibus prouidet, quod ælemosinaliter habui, sic pauperibus erogaui. In omnibus Deo gratias agite, me post hæc vobis carum non esse scio. Ideo alium superiorem D. Albertum mihi dilectum eligo: pro norma Regulam primi Patris Benedicti tenete. Verum præsentes, & subsequentes incolæ, & peregrini, diuino mihi reuelante numine, carnis, ouorum, & casei esum, & conductionem hoc in loco abstinete perpetuò. Quod seruatur ad præsens; ac comedere, vel portare volentibus multa euenere miracula clara At illis monasticam normam traditam, & substitutum ibi relinquit D. Albertum; & quinq; idiotis monachis sibi assumptis, in lacenum, iuxta Nuscanam Ciuitatem,

Exemptio facta ab Episcopo Abellanensi.

Sacerdotũ murmuratio.

Primus Abbas Guilielmus.

Secundus Abbas ab eo eligitur D. Albertus nomine.

Regulam diui Benedicti pro norma tradit.

Esus carnis, ouorum, & casei prohibet cũctis.

tem, perrexit in montem. Solebat Dei famulus diui Cæsarij sæpissime templum adire, quod quidam Adam, frequentini Episcopi licentia constructum, à quo non satis longe iacebat, ingens sepulcri saxum, in quodam agro repertum, quod quinis bobus neutiquã moueri poterat, Id videns subrisit, vt eius moris erat, semper hilari vultus disiunctis quibus bobus, duos percutiens baculo imperat ire: ij, lapidem, qui vsq; ad hunc diem in fronte templi cernitur, mira facilitate tranxerunt. Hunc Lacenum montem vir Sanctus incolens, sibi, suisq; socijs singula tiguria, erexit, socij ob frigoris asperitatem, non multo post ab eo discesserunt, redeuntes ad locum vnde venerant. Ipse, sic humano solatio destitutus, vulsis vescebatur radicibus herbis. Et dum contemplationi vacaret; Beatus Ioannes quem supra meminimus, cum eo habitaturus ad illum accessit, cum quò piè aliquantulum viuens, noctu, diuq; ad contemplationis studium, laborem, sanctaq; colloquia incumbebat. Quodam die dum vnanimiter orarent Dominus in forma, qua crucem passus est apparuit eis dicens. Si pro alijs passus sum, & vos pati necesse est. Hoc mando vobis, hinc abscedite, mihi Ioannem in Oriente, & Guilielmum in Occidente seruire oportet. Ad dum viri Dei discedendi facerent moram. Tuguriolum, in quo ambo manebant, & omnia alia adspiciunt igne cremari, sic manifestè comprehenderunt, se Dei iussu illic amplius manere, non posse. Itinere itaq; arrepto ad Cuneatum venũt montem, & in cellula quadam ab eis constructa per paucos dies manserunt. Postea Sanctus Ioannes à Sancto Guilielmo Monastico habitu sumpto, non sine lacrymis à Dei viro discedens, petens benedictionem, post amborum sanctissimos amplexus, (vt alter alterum precibus iuuarent dicentes) solus, à solo, veniam obtinens, in Garganum se cessit montem. Vbi in Monasterio à se constructo ingenti numero sociorum ad extremum vitæ diem permansit in seruitio Dei. Ad uero S. Guilielmum in Cuneato permanentẽ monte visendum, & audiendum è longinquo magna hominum multitudo currebat, Interquos quidam Beneuentanus Ciuis, eius familiaris desiderio sanandæ vxoris ad Sancti Pedes se abijciens, suum desiderium, aperit. Cui

De miraculis factis post discessum à Virginis Monte.

Miraculum de lapide duobus bobus vecto.

Ad Montem Lacenum venit.

Secunda apparitio Domini in ea forma, qua passus est mortem.

Prodigium.

S. Ioannes eius discipulus in Gargano Monte Monasteriũ magnũ erigit.

In Cuneato monteremanet Sanctus Guilielmus.

Dei

Dei famulus se breui ad eius domum esse accessurum, & coniugem curaturum, est pollicitus. Quadam die mane in crepusculo uir de uxoris incolumitate sollicitus eam ui sitans de salute interrogat. Mulier uxor læta respondit, no ste superiori Sanctus Dei uir cum accensa candela, quam muro (ut uides, non consummatur, ardens) affixit, hic ueniens; me à graui morbo curauit. Ad audiendum eum comes Robertus nomine, ac tota Regio cucurrerũt. Erat tunc pernicioſus, & arrogans grammatiſta, qui coram comite, de Sancto uiro nõ cessabat detrahere, quod Guilielmus ut Idiota, quid facere nesciebat. Die quadam (uolente Deo) inter litteratum, & idiotam incidit sermo, quo attritus, & conuictus Rixosus Grãmmaticus ille, ut confusus discedens atro dolore felle commotus, cũ ficariorũ impia manu. Beatum uirũ manentẽ uerberibus in cellula maximis petijt. At Deus scelerum ultor, illũ pessimo langore percussit. Tota .n. eius crura, ita computruerunt, ut fætido odore, nec propinquiores accederent; & in ea proluuiæ per bienniũ cruciatus occubuit. In eodem Cuneato monte manente: quendã habebat hortulũ, die quadã aprũ, illum in dies deuastantẽ, aspiciens, clamare cæpit. vbi sunt horturi custodes? & defensores? Ad cuius uocẽ subitò duo arreptis auribus, adfuere Lupi, qui eũ dentibus per aures captum, foras trahentes, illesum, abire, permiserunt: nec aper amplius ad hortulum est regressus. Eodem tempore habebat quidam lunaticam filiam. quã dum frequenter tãto periculo fatigari conspiceret, paterna pietate commotus. Ad Deum toto corde conuersus, orauit. Deus qui Sanctorum tuorum meritis glorificari non desinis, præsta, & meritis glorioſi Confessoris tui Guilielmi salutem filiæ meæ largiri digneris. Puella sanata nunquã, dum uixit, tale periculum sentijt, Pater uero eius ad Guilielmum adiit, ac illi gratias agens, habitum suæ religionis, humili corde quæsiuit. Quem uir Dei uestem religionis induens, sociũ sibi adiunxit. Tunc etiam quidam uir nobilis uillæ Monti Cuneato adiacentis Dominus, uenandi studio ad ipsum Montẽ accessit, unus de suis uenatoribus dæmonis furore impulsus, temerariũ pilũ in Dei famulũ caput incussit. Quo uulnere impacto Diabolus ferientem, & ad libitum

Miraculũ maximum De muliere Bencuenti.

Grammaticum vincit.

Pœna grãmatiſtæ.

Hic mons est in territorio tricarricæ Ciuitatis, qui vulgo dicitur la Serra cognata in Basilicata.

Miraculum de sue vastante hortulum.

Puella lunatica meritis Sancti Guilielmi sanatur.

A venatorib⁹ incutitur.

torquens, inuasit, quem frementem, spumasq; cruentas emictentem, socii comprehenderunt, conuincientes, ac causa furoris cognita, idem nobilis homo ligatis manibus ad Sanctũ Dei virum perduci, Iussit: precibus, meritisq; cuius ab eo exijt Dæmon. Postmodum Diœcesani autho ritate Pontificis prece illius domini villæ, ad honorem Sãctissimæ Virginis templum, & Monasterium constructre meminit. In quo Monasterio innumeris monachis locatis regulari norma statuta, Abbatem, relinquens; ad Mõticuli territorium iuxta fluenta Aufidi ad vallem consanam recessit. Vbi arbore quadam per vnius spacium anni est pro tigurio vsus, Ibique iterum apparuit Dominus, & ibi Monialium, & virorum maximum ædificare monasterium iussit.

Quem incussit, à Demonio liberat.

Monasterium magnum viro rum in Basilicata constru xit.

Tertia apparitio Domini.

DE AEDIFICATIONE TERTII MONAsterij Sancti Saluatoris de Guleto, & miraculis ibi factis.

In Principatu vltrà.

S. Saluatoris Monasterium condit. infra cõ fines Ciuitatũ S. Angeli Lõbardi, & Nusciæ.

Sanctus Ioannes, et Sanctus Amatus suo habitu induntur.

Quantæ sanctitatis Amatus fuit in propria sua vita decetur posterius.

SVARE terræ fertilitatem, lignorum copiam, aquarum affluentiam, omnemq; quam cupiebat, commoditatem, & Idoneum condendi Monasterij locum conspiciens, pietate Domini loci, & Episcopi auctoritate, ad honorem Saluatoris templum, & Monasterium constructre, incipit. ad eum multitudo maxima confluens in qua quidem Nuscanæ Ciuitatis duo miliaria à loco distantis. Vnus Ioannes nomine. Alter Amatus, eius sanctitatum famam Intelligentes vt eos sub obedientiæ merito reciperet, suppliciter, venere præcantes. quos benignè suscipiens sibi Amatum ad iunxit. Quorum tanta fuit sanctitas vitæ, vt Ioannes Sanctus appellaretur à cunctis. Et Sanctus Amatus post Nuscanæ Ciuitatis Episcopi obitũ, Episcopus fuit à Catholica sede electus. (Cuius Sanctissimum Corpus in Cathedrali suæ Ciuitatis templo venerabiliter custoditur, & hodie Ecclesiæ titulus est Sanctus Amatus, cuius etiam vitam miraculis ornatam innumeris omnibus nota fuit.) Cum his sanctis socijs, habitu suæ sacræ religionis indutis Monasterium constructens, Confessor Christi, vt solebat, conti-

continua oratione, cuncta perficere porgebat. die quadã duas per medium aerẽ candidas aues, ad similitudinem lampadum splendentes, orando, respexit. quam Ioanni, qui vt simplex Idiota, ei tam erat obediens, quod obedientiæ merito, profetiæ gradum fuit adeptus, visionem consuluit. cui beatus Ioannes. O Venerande Pater, inquit, quod tu geris in corde, Deus manifestauit in auibus, hæ candidæ, & splendidæ aues virorum, & mulierũ sunt, quas es instituturus cõgregationes. Constructo Monasterio tanta mulierum multitudo confluxit, vt breuè fere quingentas acceperit; ac non paruum numerum congregauit virorum, quibus monasticum tradidit habitum; Monasterium verò molis fuit tantæ (vt nuper vestigia apparent) circuitu miliario vno, vt celeberrima, & maxima vrbs adhuc procul videatur. Monialibus, & monachis monastica tradita norma, vt Beneuentum, esset, causa extitit, ire, necesse; vbi hortulanus quidam filiolam octo mensiũ, cæcam à materno vtero natam: apud quem Sanctus morabatur, habebat. At Domini famulus domus secretiorem partem ascendens genibus flexis preces effundit, vt Deus puellæ oculorum concederet lumen: Orationeq; facta, ad filiam accedens vir Sanctus lumen ei impetrauit. Quæ res per totam Ciuitatem audita, campanæ pulsantur, & ad eum fit præconio matris magnus populorum cõcursus: vno ore Sanctum, vt verum Dei, prædicans, amicum; qui populi auram euitans, ad quodam templum, pro fratribus alijs construendam, apud Castellum, Binettum, nomine, venit. De cuius voluntate construentibus templum vinum deficiens, signo crucis, aquam, quam fabricatores habebant in vasis, Sanctitatis suæ merito conuertit in vinum. Ad Sancti Saluatoris suum Monasterium venit. monialibus, & monachis quotidie seruiens, agro vacabat, vt eos contentos redderet. Tempore messis in loco, qui dicitur Cripta Muscarum, parũ à Monasterio distans, dum esset, cum socijs, iturus, ad agrum, manipulos per diuersa congestos, uehementi igne, qui ab oriẽte uenerat, penitus concremari aspexit, quo eius monachi uiso, ne anno futuro famescerent, dolore dissecabantur immenso. Quibus Sanctus, Nolite fratres dolore consu-

Visionem de auibus Sancto Ioanni indicatur.

Monialium Instituit congregationem.

Beneuẽti puellam cæcam illuminat.

Signo crucis aquam conuertit in vinum.

consumi; ecce vni vestrum meum trado cocullum, quo su
Scapulare igne cingere facit, nec progredi-tur vltra. blimis in equo veloci cursu cingat impetum ignis; ei Beatus Ioannes Nuscanus obediens, protinus equum ascendit, citatoq; cursu, imperantis iussa, compleuit. Quo facto ignis flamma vlterius sic progredi non præsumpsit, ac si imbrium inundatione esset extinctus. Quo di cipuli viso deuotius ei obediebant. Cum pro fratribus, & sororibus victu huc, illucque vagaret cum Sancto Amato, quem ex quo cognouit, quousque in hoc mundo uiueret, accepit in socium. In Ciuitate Salpitana in Apuliæ partibus constituta peruenit, vbi vir quidam Iordanus nomine familiaritate non modica, Dei viro, vt eum hospitio acciperet, adhæretur. Quem sic acceptum, vt manus ablueret inuitauit. Sanctus manibus lotis pane, & aqua reficitur; at dum comedit, aquam qua manibus ablueret, puellæ lunaticæ, ab hospitis vxore datur in potum, & bibens est integerrimæ restituta, sospitati. De hinc ad Monasterium veniens, ac ibi commorans. Regi Rogerio huius Regni Monarchæ, in Apuliam venire contingit; & tantam Dei viri, fama publicè prædicari intelligens, vt secum alloqueretur. Bari dum esset venire fecit, quem intuens Rex Sanctum venientem ad se, Ieiunijs, disciplinis, ac orationibus se, suamq; curiam diuinis Guilielmum, instruentem alloquijs: corde tenus hesitat, si tenere verum, an, eum posset, hipocritam. Quadam die Dei famulo profecto ad hospitium. Ad Regem quedam speciosa meretricula venit, quæ Regi promisit, nocte sequenti cum Guilielmo se concubituram, Cui Rex. Si hoc effeceris te dotabo, donis amplissimis. Illa poscinumia, artibus prauis instructa, vt secum concuberet ad virum Dei venit inuitans. Cuius petitionem Dei Sanctus suscepit hilariter. At impudens meretrix ad Regem cuncta, vt acta fuissent, recitando reuertitur. Soporis tempore concinnula meretrix virum Sanctum volens, accubere, in quo se oblectent, lectulum exposcit. Tunc Dei Sanctus ardentes prunas, quas antea struxerat, nudis lacertis per medium diuidens, se conuiecit in eas, & vocat puellam, vt in lectulo illo, quiesceret, secum. Quæ exterrita, corporis ornatu omni deposito, quæ dicta, ac facta essent sigillatim narrans

Aqua, qua manibus Sanctus, ablueratin potum datæ puellæ lunaticæ: sanatur.

Rex Rogerius S. Guilielmum uidere cupit.

Miraculum de meretrice quæ cum S. Guilielmo concubere voluit.

treme-

tremebunda venit ad Regem, quæ etiam ab exploratoribus à se missis, seriatim, Rex ipse percipiens, vehementi dolore pœnitentia ducitur: quod Dei seruum deludendo tentaret. Ab illo namq; die pænes se Sanctissimo Guilielmo neminem voluit chariorem habere: ac diademate posito Dei Sanctum adorans, proiectus ad terram de factis, indulgentiam petijt.

DE ÆDIFICATIONE MONASTERIORUM Monialium.

MOERETRIX vèro lacrymis immensis, se suaque, Confessoris Christi pedibus offerens, suæ sacræ religionis habitum, quærit, & vt propè Venusium Monasterium mulierum conderet, ex poscit. Quod Dei famulus exequi cupiens à Rege licentiam petit. Cui Rex, se, Regnum, & Curiam obtulit. Monasterium ad mœretricis conuersæ libitum Sanctissimæ Virgini dedicans, construit aliud, vbi maximam mulierum copiam regulari iugo submictit; illã, gratia cuius monasteriũ condidit, in Abbatissam eligit, ac proprio nomine Agnetam vocat, substitutamq; relinquit; Ipsaq; tantã fuit religionis perfectionem adepta, quod à multis reputabatur vt Sancta. Post peruenit ad Melfim ad quem mulierum maxima turba concurrens, ad præces earum, Ecclesiã, & Monasterium sub titulo Virginis, ædificat, eas verò Monasticis regulis instructas sub Episcopi Cura submictit. His aliisq; Monasterijs Monialium, & uirorũ multis constructis, uocatus à Rogerio Rege prædicto Panormum proficiscitur. Cui Rex obuiam occurrens diademate posito, dulcibus salutem dedit amplexibus. Ac Panormi in uisu aulæ Regiæ Magnificũ Palatiũ, ut Monasterium Monachorũ suorũ faceret (hodie dictũ Monasteriũ S. Ioãnis Hæremitarũ) cũ priuilegio tenoris sequentis donauit libẽter. In quo multi cõgregati discipuli, superiorẽ reuertens, Sanctum Ioannem Nuscanum, qui contemplationis amore, cellæ solitudini uacans, Hæremita à fratribus uocabatur, hilari animo misit. Cuius Ioannis Sanctitas uitæ, adhuc colitur à Siculis, ac eius exemplo in Siciliæ partibus mulierum

Secũdum Monasterium monialium ædificat.

Melfim Tertium Monasterium monialiũ cõstruit vbi ad huc intus Ciuitatem existit in esse.

Panormi Monasteriũ facit. anno. 1140 cũ Regis priuilegio. sub titulo Sanctæ Mariæ Bussinianæ, ubi dicitr hodie S. Ioannes Hæremitarum.

Mulierum, & uirorum cum multa Siciliæ gloria, & fama, fuerunt, nonnulla templa, constructa. At precipuum Monasterium Monialium Sancti Saluatoris nomine (& ad huc ita dicitur) Panormi idem Sanctus Guilielmus edificauit. Cuius Religionis habitum susceptit Serenissima Constantia, pronepta Rogerij Regis, quæ una cum uiro suo Henrico VI. Romanorum Imperatore Augusto Terram Mercuriani Montis Virginis Sacro Monasterio donauit, ut in Priuilegio Henrici uidetur.

Panormi Monialium Monasterium S. Saluatoris ædificauit.

PRIVILEGIVM ROGERII REGIS SICILIÆ Beato Guilielmo concessum Panormi est Tenoris sequentis.

Priuilegium Regis Rogerij.

IN Nomine Sanctæ, & Indiuidiæ Trinitatis. Cum Trino salutis remedio, orationibus, ieiunijs, & elæmosinis fidelium uiuorum, quàm mortuorum animas, à tenebrarum pœnis posse liberari, diuina testatur pagina, iustum est ut quisq; fidelium dum superstes est ad istam animi intentionem summopere aduertat, quæ si dignè fiãt, & iam defunctis prosint, & ad huc in carne degentibus, si in finem usq; bene operando perseuerauerint, sicut in Euangelio legitur, salus æterna promictitur. Nos itaq; Rogerius diuina fauente clementia, Rex Siciliæ, ducatus Apuliæ; & Principatus Capuæ audito frequentius quod in Euangelio legitur. Abscondite elæmosinam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro uobis ad Dominũ, saluté attendẽdo, Pater Sancte In Christo Guilielme Sanctæ Mariæ Mõtis Virginis prælate, quia sancté, ac religiosè, Dei seruitio sine intermissione orando in uigilas, & tuis, tuæq; congregationis religiosorum sanctis orationibus, diuina præeunte misericordia, releuari confidimus. Iusto uoto digneq; petitioni tuæ, pietate moti, quiescere dignum duximus. Ea propter pro salute animarum patris nostri Comitis Rogerij, & matris nostræ Adelasiæ, & Reginæ Aluiriæ beatarum memoriarum, cæterorumq; parentum nostrorum, tam uiuorum, quam defunctorum concedimus. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Bussiniana, & tibi, tuisq; successoribus sub religionis regula degen-

degentibus libere;& quiete in perpetuum habere,& tenere omnes Ecclesias,& obedientias atq; earundem possessiones quas possidetis,& hactenus possedistis ,siue deinceps possessuri estis,authoritate Regia prohibentes tam clericis,quam laicis authoritati nostræ, subiectis ne quis eorũ insanæ mẽtis furore pulsus,præfatas Ecclesias obedientias,possessiones,ac seruos Dei , vel ancillas Christi Ibidem,siue alibi,die,noctuq; continuis orationibus insistentes,& pro nobis,& Regni nostri statu. Omnipotentis gratiam interpellantes,siue aliquos,vel aliquas , qui prænominatis Ecclesiis,vel tibi,vel successoribus tuis spontaneè se contulerit nollatenus inquietare vel molestare præsumat.Nec vllus Episcoporũ de bonis earũdẽ Ecclesiarũ subtrahere vel auferre ab eis aliqnid exigere nullatenus audeat. Propterea volumus,& præsenti Priuilegio sancimus vt siquis Prælatorum nostrorum,seu Principum,nobiliũ,siue cuiuscunq; conditionis,prædictæ Sanctæ Mariæ de Bussiniana,& tibi,& tuis successoribus claritatis suæ beneficium impertire volnerit.salno Regię Maiestatis iure libere habeatis,& pacifice possideatis. Hoc autem Constitutum pro salute prædecessorum nostrorum,peccatorũ nostrorum,heredumq; nostrorum remedio fecimus. Siqua igitur persona de Regno nostro huic nostro Priuilegio cõtraire temptauerit centum libras auri Regali Curiæ persoluat.Et Ecclesia Sanctæ Mariæ libras auri quinquaginta,quod si persona de Regno nostro nõ fuerit, quæ nostra sancita violare præsumpserit anathematis gladio feriatur, & Omnipotentis Dei Patris,Filij,& Spiritus Sancti iram sentiat sempiternam,nisi resipuerit, & congrua satisfactione correxerit. Amen.

✠ Signum W Dei gratia Principis,& Rogerij Filij cæterorum. &c.

Datum Panormi per manus magistri Thomæ Cappellani Regis Rogerij octauo Calendas Decemhris Indictione IIII. Incarnationis Domini Anno. 1140. Regni vero Regis Rogerij Anno decimo.

DE OBITV SANCTISSIMI Patris Guiglielmi, & miraculis post obitum factis.

SANCTISSIMVS Guilielmus in sancti Saluatoris Monasterio, quod ante fecerat existēs sanctus Ioānes eius discipulus Panormi commorans, & beatus Albertus abbas secūdus substitutus ab eo in Virginis monte gubernās, annis itaq; octo à Monasterii Constitutione, quod ad Domini Saluatoris honorem condiderat, euolutis, sui obitus prænoscendo diem, vehementi flagrabat desiderio, cum predicto Rogerio Rege, sicut solebat, habere colloquinm: ne prius è vita decederet, quam eum de iustitia ministranda admoneret, Salernum perrexit. Cuius Rex, audito aduentu, diademate posito de solio consurgens, salutauit obius, & quo erat ipse sessurus secum perduxit: Omnibus ergo silentibus vir Dei, ita est verbum exorsus. Scis, ò Rex quod frequenter te visitare consueui, & vt æternorum non oblitus, Christo deseruias semper admonui; nil tuis viribus, sed soli Deo hoc regnum ascribas. Ipse. n. est per quem Reges regnant, & conditores legum iusta decernunt, hic quod habes tibi subdidit regnum. ac de hostibus triumfare concessit: qui te in pace custodiens, ipsum nō cessat augere: Hoc vltima voce percuncto, nam nec vlterius ad te veniam; nec si pro me veneris poteris inuenire; & Rex. Quid est quod loqueris? quid sancto profers ab ore? nunquid in sanctitatē tuā deliqui? Et sanctus. Plura super hoc tibi fari prohibeor; tu vero, vt æquitatis, & iustitiæ hactenus fuisti defensor, ita de cætero patronus existas. Subditum populum tibi commendo; monachis, & monialibus meis iniuriam in tno Regno à nemine fieri permittas, ipso, ipsaq; plurimū tibi commicto His dictis, & si inuito à Rege licentiam petit. Monasterium sancti Saluatoris repedauit. Sequēti die sanctimonialium conuentum; ingressus. Abbatissam nomine Agneram, aliis superiorem instituit, & substitutam præsentibus omnibus, ab hora prima, vsq; ad tertiam, de virginitatis continentia, de spirituali coniugio, cum essent Christo coniunctè, ac diuino amore, eggregius predicator admo-

S. Gulielmus Salerno Rogerium regem visitat & suæ mortis diem reuelat.

admonuit. Et in vltimo sermonis id subdere non est oblitus. Vt Omnium Monasteriorum & Abbates, & honorãdæ Matres, Generali Abbati Montis Virginis subiiciãtur. Vos autem sorores, & filiæ eidem obedientiã præbete continuam. Omnes Deo volente vt melius potui, custodiui, si bene Deo congratulor. sin male, mihi cõtristor. Nunc autem valde vos moneo, vt amodo instantius contra antiqui hostis vigiletis insidias. Magnis. n. inimicorũ circundamur agminibus, omnia plena sunt hostibus. Ideo mihi in Christo charissimæ. vos admonere tantopere studeo, quatenus omni diligentia corda vestra custodiatis, meum. n. iam consilium, & solatium deficiet in proximo. Quo audito ingementes interrogant, cur talia diceret, cum eum incolumem esse viderent; ad quas dixit. Nolo vos filiæ latere, tẽpus prope est in sequenti hebdomade mei consummato cursu laboris, ad brauium ab æterno mihi destinatum felici passu perueniam. Quod postquam sanctæ mulieres percipiunt intimo cordis dolore percussæ, largis incipiunt fletibus ora perfundere, quarum lacrymas, & dolores tolerare non valens, ab eis est petita licentia, egressus. Sequenti die dolore capitis laborare cœpit, Septimo die se duci ad Ecclesiam, & ante Crucem deponi iubet, vbi cum a sororibus, vt pelliculas, qnas ad pedes habebãt, substerni permitteret: rogaretur, eas audire noluit: prohibẽs, nec vestis post mortem sibi aliqua mutaretur; sed orans ante Crucifixi imaginem, quem crucifixum habebat in corde, ab oratione non desinens, sequenti nocte ad galli cantum confessor Christi, & Monachorum pater. Deo spiritum commendãs suum: carnis eductus ergastulo ad regna cęlestia, domino vocante, migrauit. anno Incarnationis domini. 1142. Regni vero Siciliæ Illustrissimi Rẽgis Rogerii anno duodecimo. Inditione quinta; septima die Iunii.

S Gulielmus predicator fuit

Gemitus sororum intelligentium diẽ mortis S. Gulielmi

MIRACVLA QVE FECIT IN *suis exequijs.*

AD eius exequias multitudo maxima populi currens, in qua mulier quædam aduenit, quæ per multum temporis auditum amiserat, hæc meritis sancti viri confisa, digitum sancti Gulielmi, su-

Digito auditũ præstat.

mi, suam, mittens, in aurem, statim auditum recepit. Nusca na etiam puella, quæ paralisi laborabat, ac omnium membrorum compage soluta; ad eius ducta sepulcrum penitus est curata. De Monasteriis conditis omnes superiores venere, cum monachorũ copia multa, similiter, & sanctæ mulieres, vt quem superiorem habuerunt in terris intercessorem, crederent in cœlis, & quem viuum Dei sanctum predicauerunt: miraculosum cognoscerent mortuum, & in ædicula sibi dicata, cadauer honorificè in Ecclesia Sancti Saluatoris, cum sequẽtibus verbis in Marmore sculptis (quæ hodie vsq; videntur) ab eis conditum fuit.

C Lauditur hoc opere, homo sanctitatis.
Per quem Christo reddent, flores honestatis.
His in terris extitit, cultor Trinitatis
Et amicus unicæ, ueræ Deitatis.
Cœnobita Regulus, Guilielmus, est uocatus.
Modo qui cum superis gaudet laureatus.
Carnem inops domuit, gratia ditatus.
Qui nunc æternis epulis, constat inuitatus.
Auxit hanc basilicam, Agnes Abbatissa.
Huic sacrum tumulo, corpus locat ipsa.
Hic laudes, officia, reduntur, & missa.
Nos deus ad præmia ducat repromissa.
Hoc opus eximium, Vrsus laborauit.
Istud suis digitis, artifex parauit.
Huius loci populum, ille qui creauit.
Suis ducat meritis, eum, quò locauit.

Montis Virginis Abbas III D. Robertus.

Post cuius mortem, paucis ferè diebus à sancti viri funere, regrediens D. Albertus Generalis, Montis Virginis, Abbas, piè ac sanctè migrauit ad dominum, & D. Robertus vnico consensu, à monachis eligitur III. Abbas, qui tantæ perfectionis cum esset ab Alexandro huius nominis Pontifice III. priuilegium exemptionis, vt sanctæ Ecclesiæ Romanæ immediate: Ecclesia sacri Monasterij Montis Virgi-

Virginis de Monte ſubiecta, intelligeretur, Acistius, & totius Religionis Montis Virginis indulgẽtiarum multarũ, priuilegia obtinuit; Ipſius tempore legitur, cum indies, Sãcti Patris Guilielmi corpus miracula faceret: fuit puella Maranenſis ciuitatis, taliter à dœmonio fatigata, quòd admirantes timore, & tremore terreret. Miſericordia moti parentes ad ſancti Guilielmi ſepulcrum aſportant. Poſt quam ad ſancti viri ſcarchophagum diabolus iam vidit, ac cedere: ingenti voce exclamans ait. Cur me Guilielme à corpore huius, expellis, & ad cruciatum mittis æternum? nunquid quod viuens ſæpe feciſti; nunc mortuus non ceſſas efficere? & ſtatim diabolus exiens: puella curata, habitu ſacræ religionis induitur, ac monialium Monaſterium ingreſſa toto ſuæ ſpatio vitæ fideliter Deo ſeruiuit. Roberto multæ virtutis, & honeſtatis Abbate III. mortuo. Monachorum IIII. D. Ioannes nomine pari voto eligitur Abbas, qui tantæ ſanctitatis perfectionem adeptus fuit vt exemptionis priuilegium à Guilielmo Abellenenſi Epiſcopo (D. Alberto conceſſum) cõfirmatum habuit, ac eiuſdem, & illius ab Alexandro Pontifice data: à Lucio III. ſanctæ ſædis Pontifice M. exemptionis confirmationẽ obtinuit, multiſq; indulgentiarũ, priuilegijs, ſacri Monaſterii Montis Virginis, & aliorum monaſteriorum, ſanctæ ſædis gratia, dotauit eccleſias: Cui etiam cũ innumera ſacro Monaſterio piè à fidelibus munera eſſent oblata, vt Comes Montellæ anno. 1171. prædicto contatui Montelle villam S. Laurentii cum hominibus ſubditis, ac molẽdinum in Nuſcia ciuitate erogauit. At multorum virorum, ad habitus ſuſceptionem, tantus concurſus venit ad ipſum, vt Monaſterium, & eccleſiam magnificare decreuerit, & magnifica ta, vt ad preſens aſpicitur; ad eius dedicationem, in die ſancti Martini. tempore Lucii III. S. Sædis Pontificis, ſeptimo decimo anno Regis Guilielmi Siciliæ, & Italiæ. Anno domini. 1182. ſubdictos prælatos inuitauit, & ad templi dedicationem fuere præſentes.

Puella ciuitatis Montis Marani doemoniaca, accedens ad epulcrum ſancti Guilielmi liberatur.

Montis Virginis Abbas IIII D. Ioannes.

Archiepiscopi.

Dominus Rogerius Dei gratia Archiepiscopus Beneu.
Dñs Nicolaus Archiepiscopus Salernitanus.

D. Episcopus Auersanus.
D. Epūs Frecentinus.
D. Epūs Sanctæ Agathæ.
D. Episcopus Sarni.
Dñs Episcopus Thelesinus.

Episcopi.

D. Guilielmus epūs Abelleni
D. epūs S. Angeli lombardi
D. Epūs Montis Coruini.
D. Epūs Triuentinus.

D. epūs Vicanus.
D. Epūs Asculanus.
D. Epūs Florentinus.
D. Epūs Vulturii.

Abbates.

Dñs Ioannes Generalis Abbas, totius Religionis Montis Virginis.

Abbas S. Benedicti Abellen. Abbas S. Mennæ S. Agathæ.

In primo altari Virgini dicato, quæ reliquiæ fuerunt conditæ.

Et plures alii religiosissimi viri. A quibus quatuor consecrata fuerunt altaria. Primum ad Virginis gloriam, quod miraculis tantis refulget, ad præsens. In quo hæ sanctorū fuerunt Reliquiæ conditæ, Sanctorum Apostolorum Bartholomei, Matthiæ. Barnabæ. & Tadei.

De ligno Domini.
De pane cœnæ domini.
De petra sepulchri domini

De lapide Montis Caluarii.
Trium Patriarcharum.
Abraham, Isaac, & Iacob.

Sanctorum martirum.

Sancti Georgii martiris
SS. Sisti, & felicissimi.
Sancti Vincentii Mar.
De capillis S. Lautentii M.
SS. Cosmi, & Damiani. MM.
S, Marcelli Papæ, &. M.
S. Martialis episcopi, &. M.
s. Leonardi Abbatis.

Sanctarum.

Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Sanctæ Agatæ.
S. Felicitatis.
S. Helenæ magni Constantini Matris.

Secundi Altaris consecratio,

Secundum altare antemurale, ex processu chori, quod nuncupatur altare maius, ad gloriam omnium sanctorum in quo reliquiæ hæ sitæ fuere.

Sanctorum Innocentum.
Sancti Felicissimi.

Sancti Maximi.
S. Thomæ confessoris.

S. Quin-

S.Quinti Episcopi Nolani
S.Siluestri.
D.vestimentis S.Thomæ mart.
Oleũ S. Benedicti ꝙ ꝑiici fecit cũ vitreo vase, nec fractũ fuit.
S.Nicolai,
Sanctæ Artemiæ.
De conturbia S.Gaudiosi.
Ac multorũ aliorũ martirũ sanctorũ, Reliquiis.

Tertium ex Meridionali parte ad Apostolorũ Petri, & Pauli honorem, cũ his reliquiis. SS. Martirũ Modestini Florentini, & Fabiani. *Tertij altaris dedicatio.*

Apostolorum
Philippi, & Iacobi.
SS.Sergii, & Bacchi.
S. Theodori.
S. Sebastiani.
& S. Eugenii Confessoris.

Quartum ex Septemtrionali parte in sancti patris Benedicti veneratione cum reliquiis. *Quarti altaris consecratio.*

Sancti Mauri.
S. Martialis episcopi, & mar.
S. Victorini.
S. Blasii.
S. Zosimi.
S. Marii.
S. Anastasii mar.
S. Modestini.

De Regula quã S. Benedictus manibus scripsit ꝑpriis.

Istius tempore mulier quædam fuit paralisi laborans incurabiliter, quæ sanctĩ Guilielmi corpus intelligens indies miracula facere, à suis ad sancti sepulcrum portata, illud, cum tangeret, sospitati restituitur primæ. At predictus beatus Abbas Ioannes, qui adhuc pro beato tenetur in virgineo monte, cum suæ sanctitatis merito præterito tempore, & nunc, dæmones à multis expellitur obsessis: cuius corpus glorioſissimi patris, magno veneratur honore, cum Christo ab hac vita discedẽs, ad cœlestia regna perrexit. Post quem dum Daniel quintus eligeretur Abbas anno domini. 1185 Imperator semper augustus Henricus Romanorum. VI. orbia regna regens: Bari dum esset, & sãctissimi Guilielmi cadauer miracula multa oparetur illic existens tanta S. viri merita, quod post mortem sicut in uita, miracula faceret, audiens: ꝙ mulier e Petina uenit à dœmone multum oppressa, vt à nemine curaretur, ad sancti sepulcrum properando, dum tangeret illud; à diabolo salua effecta fuit: Sanctæ Religionis, deuotione, monetur; & D. Danielem præsentem, qui ad Imperatorem, visendum, accessit de genitricis Dei, & sanctorum reliquiarum, sancti Guilielmi, amore: Imperator interrogauit; Cui D. Daniel:

A paralisi mulier dnm tangeret sepulcrum S. Guilielmi sanatur.

D. Daniel V. Abbas.

Tempore Henrici Imperatoris mulier à demone oppressa dum S. Guilielmi sepulcrum tãgeret sanat.

niel:longum esset Imperialis Maiestas Confessoris sanctissimi in Virginis amorem,& sanctorum narrare constantiã; Tunc Imperator,per uniuersi partes,ut imago per manus sancti depicta,sanctorumq; notatæ Reliquiæ,ut sibi asportarentur sui authoritate imperii iussit. Post non multum temporis à Hierusalem per manus sancti Lucæ, Virginis magnæ molis figura usq; ad pectus in lino depicta Imperatori, Vna cum corporibus sanctorum Sidrac,Misac,& Abdenago trium puerorum magna cum gloria fuit oblata,& ad sacrum Virginis Montem ingenti à suis,cum equitatu non paruo,missa fuerunt,honore. At Daniel Abbas una cum Fratribus processionaliter per montana obuiam uenit,ac Virgini dicatam Iconiam altari consecrationis tempore,uirgini consecrato; accommodans:Imperatoris Cappellam proprio nomine uocat.& Puerorum corpora Maiori altari reponit. Quod Imperator intelligens, munus oblatum accipiens Priuilegium Terræ Mercuriani donationis ad D.Abbatem,& Fratres,tenoris sequẽtis remisit.

De imagine Ichonie Virginis à Hierusalem Imperatori Henrico præsentata.dicta ẽ hodie Imperialis Cappella,

PRIVILEGIVM HENRICI IMPERATORIS VI. de donatione Terræ Mercuriani, sacro Monasterio Montis Virginis facta.

Priuilegium Henrici Romanorum Imperatoris VI.

IN Nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Henricus.VI. Diuina fauente clementia Romanorũ Imperator,& Rex Siciliæ semper Augustus: benignitatis nostræ fauorẽ quo iuxta fidelium nostrorum clementer admictere consueuimus, personis Religiosis cultui diuino mancipatis, tanto benignius,ac propensius accomodare tenemur, quãto hæc illi gratius residere cognouimus. Per quem Regnorum olim gubernacula fœliciter sumuntur,& potenter, ac magnificè gubernantur. Ad noticiam itaq; uniuersorum imperii, & Regni nostri fidelium,tam futurorũm, quam præsentiũ peruenire uolumus,Quòd considerantes Religionem sanctam Venerabilium uirorum Monasterii Sanctæ Mariæ Montis Virginis; Intuitu remunerationis diuinæ benignitatis,ac dono Imperiali prædicto Monasterio una cum Reue-

Reuerendiſsima Conſorte Conſtantia, Romanorũ Imperatrice Auguſta, & Regina Siciliæ, damus, confirmamus, & liberè habere concedimus Terram Mercuriani dicto Monaſterio, cum omnibus tenimentis, hominibus, & pertinentijs ſuis, ſine omni ſeruitio, quod intuitu Dei, & eius Genitricis, eiidem Monaſterio remittimus, ſi inde aliquod nobis, noſtriſq; hæredibus perpetuo ad eiuſdẽ Monaſterij commoditatem, & omnium fratrum, qui ibidem ſeruiunt pro noſtra exaltatione, animæ anteceſſorum ſaluatione orauerint præſenti Priuilegio condonamus, & Imperiali authoritate, in perpetuum dictam Terram Mercuriani, cum omnibus tenimentis, hominibus, & pertinentiis ſuis, in eleæmoſinam eidem Monaſterio concedimus, & Imperiali gratia confirmamus; volentes, vt homines eiuſdem, ab omnibus grauaminibus, & datiis pœnitus ſint exempti, & de Poſſeſsionibus eiuſdem Terræ, & hominibus eius in ciuilibus quæſtionibus, curiam, prædictũ Monaſterium clementer habere concedimus, & ipſum Monaſterium, & homines eius ad alienam Curiam trahi in omnibus prædictis benignè Imperiali authoritate prohibemus. Ne dimiſsis diuinis officiis extra Monaſteriũ Monachi, ſeu Conuerſi ſumptibus, & laboribus fatigentur. Statuimus itaq;, & Imperiali firmamus edicto, vt nulla perſona alta, vel humilis, Eccleſiaſtica, vel ſecularis, contra hanc noſtræ donationis, confimationis paginam venire audeat, vel eam modo aliquo violare. Quod qui facere præſumpſerit in vindictam ſuæ temeritatis, centum libras auri, pro pena componat mediam partem Cameræ noſtræ, & reliquam partem iniuriam paſsis; quod vt verius credatur, & ratum perpetuo, ac firmum obſeruetur præſentem exinde paginam conſcribi, ac Maieſtatis noſtræ Sigillo hoc fecimus communiri. ✠ W. huius rei teſtes, ſunt. Aulus Epiſcopus Bouanen. Henricus Epiſcopus Vernacien. Vlgerius Epiſcopus Patauien. Bonifacius Marchio Montisferrati. Philippus frater noſter. Curadus Marchio Moliſij. Robertus de Durnæ. Harmanius de Bargentius. Arnoldus de Horreubeche. Monguardus Siniſcalcus, Henricus Maior Manſcalcus de Calen. Diopaltes Terræ Laboris Iuſtitiarius, & alij quam plures

Domini Henrici VI. Romanorum Imperatoris Inuictissimi, & Regis Siciliæ. Acta fuerunt, hæc anno Dominicæ Incarnationis. 1195. Indictione xiij. Regnante Domino Henrico Romanorum Imperatore glorioſiſsimo, & Rege Siciliæ anno Regni huius in Thœthonia XXV. Imperij IIII. Regni autem Siciliæ I. Ego Corradus Imperiali authoritate Cancellarius, vna cum Domino Valdero Regni Siciliæ, & Apuliæ Cancellario recognoui. Datum Apud Barum, per manus Alberti Imperiali Aulæ Prothonotarij. 3. Cal. Aprilis.

D. Gabriel VI. Abbas Montis Virginis.

Anno verò ſequenti, cum adhuc Corpus Sancti Guilielmi à variis langoribus per eius contactum infirmos curaret, D. Daniel ab Hac vita diſcedens migrauit ad Dominum, & VI. eligitur Abbas D. Gabriel nomine, cuius vitæ perfectionem Cœleſtinus III. Sanctæ Sædis Apoſtolicæ Pontifex Maximus, à multis fidelibus audiens, de conſenſu Cardinalium ſubſequens Priuilegium miſit.

BVLLA COELESTINI. III.

Bulla Coeleſtini III. Pont. Max. conceſſa 1197.

COELESTINVS Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis D. Gabrieli Abbati Monaſterij Sanctæ Mariæ Montis Virginis, eiuſq; Monachis, tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſsis in perpetuum religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit ad eſſe præſidiũ, ne ſorte cuilibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito reuocet, aut robur (quod abſit) Sacræ Religionis infringat. Ea propter (dilecti in Domino filij) Veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuens, & præfatum Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ de Mõte Virgine, in quo diuino eſtis Mancipati obſequio, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum Fe. Re. Alexandri III. & Lucij III. Romanorum Pontificum ſub Beati Petri in noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentibus ſcripti Priuilegio communimus in primis ſiquidem ſtatuẽtes, vt ordo Monaſticus ſecundum Dominum, & Beati Benedicti Regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe digno-

dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Propterea quaſcunq; poſſeſsiones, quæcunq; bona Iddem Monaſterium, quod in præſentiarum iuxtè, & canonicè poſsidet, aut in futurum conceſsione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Iuliani, cum Hoſpitali in Territorio Abelleni, & in eodem Territorio terras, vineas, caſtaneta, & hortos. In Territorio Caſtri ſubmontis terras, vineas, & caſtaneta. Terram Mercuriani, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſias Sancti Nicolai, & Sancti Baſilij. Eccleſiam Sanctæ Margaritæ, tam in oblationibus, quam in poſſeſsionibus. In Tenimento Abelleni Eccleſias Sancti Marci, Sancti Damiani. Quicquid iuris habetis in Eccleſia Sancti Nicolai, & homines, & poſſeſsiones quas ibi habetis in eodem tenimento, poſſeſsiones quas habetis in Monteforte. In Tenimento Atripaldi Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Agello, & alias poſſeſsiones, quas ibidem habetis, homines, & alias poſſeſsiones, quas habetis in Candida: poſſeſsiones quas habetis in Cripta. In Territorio Cicalæ Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Pleſco, & homines, & poſſeſsiones, quas ibi habetis, homines, & poſſeſsiones, quas habetis in Caſali Baiani. In tenimento Palmæ Eccleſiam Sanctæ Crucis, & homines, & Molendinum, & alias poſſeſsiones, quas ibi habetis. In tenimento Sancti Seuerini Eccleſiam Sanctæ Andreæ, homines, Molendinum, & alias poſſeſsiones, quas ibidem habetis. Homines, & poſſeſsiones quas habetis in tenimento Montorii. Domos, & poſſeſsiones quas habetis in Salerno. Poſſeſsiones quas habetis in tenimento Auerſæ in Caſale Caſecimiani. Poſſeſsiones quas habetis in tenimento Theani. Poſſeſsiones quas habetis in tenimento Capuæ. Poſſeſsiones quas habetis in tenimẽto Montistuſculi. Eccleſiam Sancti Ioannis, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & Eccleſiam Sancti Bartholomei, cum hominibus, & poſſeſsionibus quas ibidem habetis. Homi

nes, & Molendinum, & alias possessiones, quas habetis in tenimento Tufi. Possessiones, quas habetis in tenimento Magdaloni. Possessiones, quas habetis in tenimento Argẽtii. Possessiones, quas habetis in Limatula. Homines, & possessiones, quas habetis in tenimento Paroliſii. Homines, domos, & possessiones, quas habetis in Castro Ceruinariæ. In Beneuentana Ciuitate Ecclesiam Beatorum Apostolorum, Philippi, & Iacobi, Domos, & vineas, & alia tenimenta, quæ ibidem habetis. Ecclesiam Sancti Marci de Petra Policina, cum hominibus, & possessionibus, & pertinentiis suis, & alia tenimenta, quæ ibidem habetis. Ecclesiam Sancti Petri à Palmaria, cum pertinentiis suis, & alia tenimenta, quæ ibidem habetis. In tenimento Lapisii Ecclesiam Sanctæ Martæ, & homines, & possessiones, quas ibidem habetis. In tenimento Taurasis Molendinum, & alias possessiones. In tenimento Frequenti Ecclesiam Sãcti Nicolai, & homines, & possessiones, quas ibidẽ habetis. In tenimento Vici Ecclesias Sancti Ioannis, homines, Molendinum, & balcatoria, & alias possessiones. In tenimento Bisaccæ Ecclesiam Sancti Petri, & alias possessiones. In tenimento Afculano Ecclesiam Sancti Petri, & alia possessiones. In tenimento Amandi Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & Ecclesiam Sancti Marci, & alias possessiones, domos v3. & Vineas. In Maula denterici Ecclesiã Sanctæ Mariæ, & alias possessiones. In Castello Magno Ecclesiam Sancti Christophori, & alias possessiones, homines, molendinum, & alias possessiones, quas habetis in tenimento Montellæ. In Ciuitate Troiana, domum, vineas, & terras. In loco qui dicitur Sclaui, Ecclesiam Sancti Mauri, cum possessionibus, quas ibidem habetis. In tenimento Celentiæ, Ecclesiam Sancti Spiritus, cum omnibus pertinentiis suis. In tenimento Massæ Ecclesiam Sancti Honufrii, cum Molendinis, vineis, & aliis possessionibus, & cum omnibus pertinentiis suis. In Tenimẽto Corneti, Ecclesiam Sancti Heliæ, domos, vineas, & alias possessiones, quas ibidem habetis. Possessiones, quas habetis in tenimento Dianæ; in tenimento Turbiæ, Ecclesias Sanctæ Margaritæ, & Sanctæ Mariæ de Oliuis, Molendinum, vineas, & alias possessiones, quas ibidem habetis.

betis. In teniméto Sancti Clerici, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Angelis, homines, vineas, & alias possessiones. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Fontibus, vineas, & alias possessiones, quod ibi habetis. In tenimento Albani, & Tricanii Ecclesiam Sancti Leonis, Christophori, atq; Iconij, domos, vineas, & possessiones. Ecclesiam Sanctæ Hælenæ, cum vineis, & aliis possessionibus. Ecclesiam Sancti Martini, cum vineis, & possessionibus. In Castro Sanctæ Agatæ de Apulia, domos, molendinum, oliuetum, vineas, & alias possessiones, quas ibidem habetis. In Castro Criptæ, domos, & alias possessiones. In Ciuitate Ariani, domos, vineas, & possessiones. Ecclesiam Sancti Siuelstri in tenimento frequenti. In tenimento Paterni Ecclesiam Sancti Clerici, & alias possessiones. In Castello Veteri, homines, & alias possessiones. In tenimento Rocchæ Sancti Felicis, Ecclesiam Sancti Cesarij, & Ecclesiam Sancti Nicolai, & homines, & possessiones, quas ibidem habetis. Sanè Noualiũm vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium, nullus à vobis decimas exigere, aut extorquere præsumat; liceat quoq; vobis Clericos, vel Laicos, liberos, & absoluto s à seculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eos absq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in Monasterio vestro professionem, fas sit absq; Abbatis sui licentia de eodem loco discedere, discedentem verò absq; communium litterarum vestrorum cautione, nullus audeat retinere: cum autem Generale Terræ interdictũ fuerit liceat vobis Ianuis clausis excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce diuina celebrare officia, Crisma vero, Oleum Sanctum, Consecrationes altarium, seu Basilicarum. Ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, & alia Ecclesiastica Sacramenta à diœcesano suscipietis, siquidem catholicus fuerit, & gratiam, atq; communionem Apostolicæ Sædis habuerit, & ea vobis voluerit sine prauitate aliqua exibere: alioquin liceat vobis quemcumq; malueritis catholicum adire Antistitem, gratiam, & communiones Apostolicæ Sædis habentem. Id nostra fretus authoritate quod vos postulatis impendat;

pendat; libertate quoq; quam in donatione Ecclesiarum vestrarum, & receptionem mortuorum sepulturam, bone Mem. Ioannis Abellenensis Episcopi, cum suorum Clericorum assensu rationabili dispositione concessit. Nos etiam authoritate Apostolica confirmamus, & firmam in posterum decernimus permanere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, ni si forte excommunicati, vel interdicti fuerint, nullus assistat salua v3. iustitia illarum Ecclesiarum à quibus corpora assumuntur, Obeunte verò te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia, vel violentia ponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars maioris, & sanioris consilij secundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam prouiderint eligendum, decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere, perturbare, vel possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integrè conseruentur eorum pro quorum gubernatione, ac substentatione cõcessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua Sædis Apostolicæ authoritatæ, & Diœcesani eius in quo fueritis: Iustitia, siqua egro in futurum Ecclesiastica, sacularisq; persona, hánc temerè constitutionis paginam scienter contrauenire temptauerit, secundo, tertiouè commonita nisi reatum suum cõgrua satisfactione correxerit, potestatis orisue sui omni tẽpore careat reũq; se diuino iudicio existere de ppetrata iniquitate agnoscat, & à Sacratissimo Corpore, Sanguineq; Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, ac in extremo examine districtæ vltioni subiaceat, cunctis autem eidem loco sua iura seruãtibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi: quandoq; & hic fructum benedictionis percipiat, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniat. Amen. Amen. Amen.

S. | P. Ego Cœlestinus Cattholicæ Eccleſiæ Eps.
S. | P. Ego Octauianus Ostien. & Velletren. Eps.
Coele | stinus Papa | III. Ego Petrus Portuen. & Sanctæ Rufinæ Eps.
Ego Petrus Sanctæ Ciciliæ Pater Cardinalis.

Ego

Ego Ioannes tituli Sancti Clementis Cardinalis Viterbiẽsis, & Tuscanensis Episcopus.
Ego Guido Sanctæ Mariæ Transtiberim, tituli Calisti Pater Cardinalis.
Ego Cranth tituli Sansti Laurentij Lucina. Pater Cardinalis.
Ego Ioannes tituli Sanctæ Priscæ.
Ego Gratianus.
Ego Berardinus.
Ego Gregorius.
Ego Lotharius.
Ego Nicolaus.
Ego Gregorius.

Datum Laterañ. per manum Gentij Sanctæ Luciæ in Orthea Dia. Cardinalis Domini Papæ Camerarij. 2. Non. Nonemb. Indictione iij. Incarnationis Dominicæ. Anno 1197. Pontificatus Domini Cœlestini anno septimo.

Corpus autem Glorioſiſsimi Sancti Guilielmi, cum tot miracula faceret ad præsens magno veneratur honore in AEdicula sibi dicata in Monasterio Sancti Saluatoris de Guleto in medio sanctorum corporum Apostolorum, Philippi, & Lucæ Euangelistæ.

IN QVO SACRARIO HE SVNT notatæ Reliquiæ.

CORPVS Sanctiſsimi Guilielmi Confessoris, & Religionis virorum, & monialium Montis Virginis de Monte fundatoris.
Euangelium quod propriis Sanctus Lucas, scripsit manibus.
Ampulla Lactis Sanctiſsimæ Virginis Mariæ.
Corpus Sancti Philippi Apostoli.
Corpus Sancti Lucæ Euangelistæ.
De Manna quam Deus pluuit in Deserto, quæ conseruabatur in vrna.
Baculum Sanctiſsimi Guilielmi.
Reliquiæ Sanctorum Apostolorum, Petri, & Pauli. Et multæ aliæ

tæ aliæ prout ibi videri possunt.

Ab hoc autem loco de istorum prædictornm Corporum fuerunt translatæ Reliquiæ ad Virgineum Montem, magno cum honore.

Humerus Sancti Philippi Apostoli.

Brachium Sancti Lucæ Euangelistæ, quo Virginis imaginem prædictam, depinxit.

Brachium Sanctissimi Guilielmi prædicti Monasterij fundatoris, in vasis Argenteis reconditæ.

IN SANCTVARIO MAGNO VBI *sequentes inueniuntur.*

Corpora Sanctorum.

CORPVS Sancti Festi Diaconi, & Martiris.

Corpus Sãcti Desiderij subdiaconi.

Corpus Sancti Victoris Episcopi, & Mart.

Corpus Sãcti Modestini Episcopi, & Mart.

Corpus Sancti Crispi Episcopi, & Mart.

Corpus Sancti Mercurij Militis, & Mart.

Corpus Sãcti Hermolai Episcopi, & Mart.

Corpus Sancti Nicãdri Ma.

Corpus Sancti Liani Marty.

Corpus Sancti Mauri Mart.

Corpus Sanctorum Iasonis, Mauri, & Crispi MM.

Corpora trium Puerorum, Sidrac, Misac, & Abdenago, sed hæc tria tãtum in Altari maiori conduntur.

Corpora SS. Pontificum, & Confessorum.

Corpus Sancti Barbati Archiepiscopi Beneuen.

Corpus Sancti Deodati Episcopi, & Confess.

Corpus Sancti Secũdini Episcopi, & Confess.

Corpus Sancti Constantii Episcopi, & Confess.

Corpus Sancti Maximi Episcopi, & Confess.

Corpus Sancti Marci Confessoris.

Sanctorum Abbatum Montis Virginis.

Corpus Sãcti Paschasij VII. Abbatis Mõtis Virginis.

Corpus Sancti Marci Abbatis Montis Virginis.

Corpus Beati Ioannis IIII. Abbatis Montis Virginis.

SS. Virginum.

Corpus Sãctæ Iulianæ Vir. & Marty.

De San-

De Sanguine infrascriptorum.

Sanguis Sancti Ioannis Baptistæ.
Sanguis Sancti Bartholomei Apostoli.
Sanguis Sancti Georgij Martyris, & militis.
Sanguis Sancti Theodori, Marty.
Sanguis Sancti Mercurij M.
Sanguis Sãcti Sebastiani Militis, & Marty.

Diuersæ Reliquiæ.

De Panæ Cœnæ Domini.
De Ligno Crucis Domini.
De Velo Virgis Gloriosæ.
De Sepulcro Domini.
De Sancto Petro Apostolo.
De Sancto Paulo Apostolo.
De Sãcto Andrea Apostolo.
De Sancto Philippo Apost.
De Sancto Iacobo Apostolo, & eius vestimentis.
De Sancto Sisto Papa.
De Sancta Cornelia.
De Sancto Martino.
De Sancto Augustino Episcopo.
De Sancto Cipriano.
De Sancto Cassiano.
De Sancto Antonino Mart.
De Duodecim Fratribus.
De septem Fratribus.
De Sancto Iuliano Marty.
De Sancto Tiburtio Marty.
De Sancto Valeriano Mart.
De Sancto Maximo Marty.
De Sancto Vincentio Mart.
De SS. Faustina, & Iouita, Martyribus.
De SS. Petro, & Marcellino.
De Sancto Felice Episcopo, & Marty.
De Sanctis Largo, & Smaragdo, MM.
De Sãcto Zosimo episcopo.
De Sancto Seuerino Episcopo.
De Sancto Prospero Mart.
De Sancto Gregorio Papa.
De Sancto Vitaliano Episcopo,
De Sãcto Prisco Episcopo.
De Sãcto Sauino Episcopo.
De Sancto Gaudioso.
De Sancto Eleutherio.
De Sãcta Ansia Matre eiusdem.
De Sancto Marcellino Episcopo.
De Sancto Rosio Episcopo.
De Sancto Martiano Episcopo.
De Sancto Tamaro Episcopo.
De Sãcto Carsio Episcopo.

Sanctarum.

De Sancta Maria Magdalena.
De Sancta Barbara Virg. & Martiy.
Tricia Sanctæ Margaritæ.
De Vestimentis Sanctæ Catherinæ.
De Sancta Iuliana Virg.

De Sancta Eutitia Virg.
De Sancta Cecilia Virg. & Marty.
De Sancta Felicitate Virg. & Marty.
De Sancta Petronilla.
De Sancta Lucia.
De Sancta Hælena.
De Sancta Scolastica.
De Sancta Agata.
De Sancta Eulalia.
De Sancta Triphomena.
Et multæ aliæ Reliquiæ quorum nomina ignorantur.
Sed harum maxima pars in vasis nunc videntur Argẽteis.

VII. Abbas Pascasius Sanctus.

D. Gabriele Abbate VI. mortuo Septimus fuit electus diuino spirante numine Pascasius Sanctus, cuius Corpus Sanctissimum, inter Sanctorum Corpora, in Sanctuario prædicto reperitur ad præsẽs, suæ enim sanctitatis merito sicut cum Christi dilectis obdormiuit in terra, ita cum electis gaudet in cœlis. Post interitum cuius D. Gabriel Abbas successit VIII. Ipsoq; mortuo Sanctus Donatus, qui magno cum honore in Ciuitate Acernij ab illius Ciuitatis ciuibus veneratur, & colitur, Abbas eligitur nonus anno. 1208. (quorum Sanctorum vitæ posterius enarrabuntur) ac ab huius seculi vita egrediens. D. Ioannes X. Abbas omnium patrum consensu eligitur, Istius etenim tempore puerulus claudus sues dum pasceret, & claudicando ne agris damnum inferrent, insequeretur, ad Sanctissimi Guilielmi preces maxima deuotione se vertit, qui sanus ad suã fuit regressus domũ, & sero dum interrogaretur à suis, illis Sanctissimi Guilielmi precibus, sanum se esse respondit. Tẽpore quo Federicus Romanorum Imperator Augustus Italiæ erat anno 1220. Qui D. Ioannis Abbatis præsentis Religionem intelligens ei subsequens Priuilegium misit.

VIII. D. Gabriel.

VIIII. Sanctus Donatus.

X. D. Ioannes.

Anno 1220. precibus Sanctissimi Guilielmi puer claudus sanatur.

PRIVILEGIVM FEDERICI *Imperatoris.*

Priuilegiũ Imperatoris Federici filij Henrici, & Cõstantiæ.

FEDERICVS Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Rex Siciliæ. Quotiens obtentu superni numinis ad Ecclesiarum loca Venerabilium cultus, aciem intentionis nostræ

noſtræ conuertimus,& eorum profectus,& commoda piè noſtris oculis muniemur ad ſublimitatis potentiæ cumulum noſtræ poteſtatis virtus erigitur,& Maieſtatis noſtræ ſolium pietatis titulo largius decoratur. Nihil.n. iuſtius. nil dignius poterit reperiri quam vnde nobis bona perueniunt illo noſtræ liberalitatis munere conferuntur: Hæc ſiquidem ducti,conſideratione laudabili,diligentius attendentes religionem,& honeſtatem D. Ioannis venerabilis Abbatis,& aliorum monachorum ſacri Monaſterii Glorioſe Virginis Mariæ de Monte Virginis obtentu diuine pietatis,& ſpe retributionis æternæ,necnon ad laudem,& gloriam ipſius Reginæ Virginum,pro ſalute quoq; Diuorum Auguſtorum parentum noſtrorum memoriæ recolēdæ,& de conſueta noſtræ Munificentiæ maieſtatis Monaſterium ipſum Abbatem,monachos,conuerſos, Terram Mercuriani, Caſalia, homines, & vaſſallos ipſius Monaſterij,cum omnibus obedientiis, Eccleſiis, Hoſpitalibus, tenimentis,poſſeſsionibus,redditibus, molendinis, iuribus,libertatibus,mobilibus,& immobilibus,vniuerſis quibuſcunq; introitibus,ad ipſum Monaſterium pertinentibus,& perſonis ei ſubditis in quacunq; parte Regni,& Imperii noſtri commorantibus ſub ſpeciali protectione, & defenſione noſtræ Maieſtatis ſuſcipimus,& ab omni moleſtatione,inquietatione,collectis,adiutoriis,datiis,exactionibus,aliiſq; grauaminibus omnibus,& ſeruitiis perſonalibus,realibus,& rebus perſonarum ipſarum perpetuo liberos,& ſecuros eſſe cenſemus,poſſeſsiones etiam, Eccleſias,Hoſpitalia,tenimenta,redditus,molēdina, libertates, Terram Mercuriani,Caſalia,Homines,Vaſſallos, & vniuerſa mobilia,& immobilia, ac omnes retro Pontificum Regum,Imperatorum,Principnm,Ducum,Comitum, Baronum,ſeu quorumcunq; aliorum hominum vtriuſq; ſexus conceſsiones libertates,donationes,oblationes,confirmationes,venditiones,commutationes, ſeu quocunq; alio titulo alienationes,ſecundum tenorem priuilegiorū, & inſtrumentorum dicti Monaſterii eidem datas, ſeu factas,quæ nunc prænominatum Monaſterium tenet aut in poſterum conceſsione,liberalitate,donatione,oblatione, confirmatione,emptione,permutatione,alienatione, ſeu

quocunq; alio modo, domino annuente iustè poterit adipisci, omni nostra, nostrorum q; hæredum, vel successorũ, seu partis reipublicæ, vel fidelium nostrorum contrà rietate, vel inquietatione, seu aliqua perturbatione remota, rata esse volumus ipsi sacro Monasterio, & libera semper absq; omni seruitio, & adiutorio personali, reali, rebus, personarum ipsarum nostræ reipublicæ, & fidelibus nostris debito, ac perpetuo Imperiali authoritate in elemosinam eidem Monasterio confirmamus. Concedimus etiam, vt hi monachi, vel conuentus per se, vel per nuntios familiares suos, seu homines, & vassalli illius Monasterii, & obedientiarum, & locorum eidem subditorum, cum eorum animalibus, de quibuscunq; rebus oneratis ierint, & redierint, seu aliqua emerint, vel vendiderint pro eorũ vtilitate per totum regnum, & Imperium nostrum, nullum in tota terra nostri dominii. Comitum, Baronum, Militum, & aliorũ fidelium nostrorum plateaticum, aut iustitiam aliquã ab eis propter hoc exigat, aut tollat, sed libere, & absq; cõtrarietate semper permittatur abire. Volumus insuper, & iubemus, vt de animalibus ipsius Monasterii obedientiarum, locorum, pastorum, hominum, & vassallorum suorũ secure, & liberè sub nostra protectione semper eant, & redeant, maneant; & pascantur per totum Regnum, & Imperium nostrum in quacunq; parte fuerint repertæ, tam per terram nostri dominii, quam Comitũ, Baronum, Militũ: & aliorum fidelium nostrorum, & ligna etiam virida & ficca fratres dicti Monasterii, & locorum suorum, ac homines, & vassalli eius pro eorum iusta vtilitatæ, per totã terram nostri dominii, & prædictorum fidelium nostrorum. Sine cuiuscunq; contrarietate semper accipiant. Præcipimus etiam firmiter Imperiali authoritate, vt homines, & vassalli, qui ad ius prædicti Monasterii pertinent, vel domino dante in futurum pertinere noscentur, nullum grauamen ab aliquo, seu molestiam patiantur, sed eos ab omnibus seruitiis, adiutoriis, & grauaminibus personalibus, realibus, & rebus personarum ipsarum liberos esse uolumus perpetuo, & immunes. Nec sacramentum fidelitatis, & securitatis ipsi homines, & uassalli, de quibuscũq; possessionibus, & bonis eorum quæ habent, ubiq; per totum nostrum

ſtrum Regnum,& Imperium,tam per terram noſtri domanii,quã prædictorum Comitum, Baronum, Militũ, & aliorum fidelium noſtrorum alicui nunquam præſtare cogantur,niſi nobis,& hæredibns noſtris,& Abbatibus,ac rectoribus einſdem Monaſterii,nec ipſi etiam dominus Abbas conuentus præfati Monaſterii ſacramentum fidelitatis, & ſecuritatis de bonis eorum omnibus nunquam præſtare cogantur alicui,niſi nobis,& hæredibus noſtris,& nullus audeat,nec præſumat in eodem Monaſterio obedientiis,& locis ſuis,neq; in terra Mercuriani,caſalibus, hominibus,& uaſſallis,eiuſdem Monaſterii exactionẽ, adiutorium aut collectam aliquam,ſeu ſeruitium aliquod, & grauamen perſonale,reale,& rebus perſonarum ipſarum facere,vel imponere,in quacunq; parte, Regni Imperii noſtri tam per terram noſtri domanii,quã prædictorum Comitum,Baronum,Militum, aliorum fidelium noſtrorum fuerint reperti,aut degere videbuntur. Inſuper de poſſeſſionibus,quas iddem Monaſterium tenet,& aliis conceſſerit ad tenendum,ac de hominibus,& vaſſallis eiuſdem Monaſterii in ciuilibus quæſtionibus curiam ipſum Monaſterium,& clementius ſemper habere concedimus, & ipſum Monaſterium,ac homines,& vaſſallos eius ad alienam curiam contrahi. In omnibus ſupradictis Imperiali benignitate prohibemus,& neq; Monachi,ſeu Conuerſi eiuſdem Monaſterii:obedientiarum,& locorum eius pro qualicunq; maleficio commiſſo,vnde perſonæ eorum lædi poſſent, excepto crimine proditionis, ſeu læſæ Maieſtatis noſtræ trahantur ad alienam Curiã,ſed per eorum Abbatem compellantur ad iuſtitiam faciendam,ne dimiſsis diuinis officiis Monachi,ſeu Conuerſi extra Monaſterium eorũ ſumptibus,& laboribus fatigentur, Volumus etiam,& concedimus de noſtra plena liberalitate,vt homines dicti Monaſterii,& obedientiarum eius,ac homines, & vaſſalli ipſius Monaſterii,omnes libertates,bonos vſus, & conſuetudines ſemper habeant:quas tempore Regis Guilielmi habuerunt; Quas ipſis volumus, & concedimus perpetuo conſeruari. Et ſi qua mala conſuetudo in eodem Monaſterio,ſeu in aliquibus de ſupradictis locis ſuis, rebus, vel poſſeſsionibus,aut Terræ Mercuriani, Caſalibus,hominibus,&

bus,& vaſſallis dicti Monaſterii hactenus fuit impoſita, in tota terra noſtri domanii,& prædictorum fidelium noſtrorum omnino deinceps debeatur,& non valeat in futurũ; præterea inhibemus,& firmiter præcipimus,vt infra claustra prædicti Monaſterii Fratrum,obedientiarum ſuarum nulla temeraria præſumptio,ſeu violentia, ſeu illicita conuentio fiat.Vnde Fratribus eiuſdem Monaſterii ſcandalũ, ſiue damnum aliquod valeat ſuboriri,& ſiquis malefactor pro qualicunq; maleficio,commiſſo,excepto crimine proditionis,ſeu læ æ Maieſtatis noſtræ : confugium fuerit ad dictum Monaſterium,donec idem malefactor ibidem manſerit ad ſeruitium eiuſdem Monaſterii: nullus audeat , vel præſumat ibidem per vim capere,ſeu exinde extrahere violenter. Concedimus etiam,& perpetuo confirmamus ipſi Sacro Monaſterio beatæ Mariæ Virginisper Reuerentiam Reginæ Virginum,ad cuius laudem,& gloriam ipſum Monaſterium eſt conſtructum,quæcunq; in priuilegiis Imperatoris,& Imperatricis parentum noſtrorum diuorum felicium Auguſtorum,& aliorum felicium Regum prædeceſſorum noſtrorum de immunitatibus,libertatibus,& conceſsionibus ipſius Monaſterii obedientiarum locorum,& vaſſallorum ſuorum apertius continentur; Necnõ,& Terram Mercuriani cum omnibus hominibus, tenimentis, iuribus,libertatibus,& pertinentiis ſuis francam,& liberam ab omni ſeruitio perſonali,& reali , & rebus perſonarum ipſarum & ab omnibus collectis,adiutoriis,datiis,exactionibus,aliiſq; grauaminibus , quam quidem progenitores noſtri diui Auguſti, Memoriæ recolendæ ipſi Sacrõ Monaſterio,in elæmoſinam donauerant ,& conceſſerunt francam , & liberam ab omni onere ſeruitutis , & à collectis, adiutoriis,datiis,exactionibus,aliiſq; grauaminibus omnibus prout in eorum priuilegiis ab eiſdem ipſi Monaſterio Confectis,exinde plenius continetur,quæ omnia vidimus & tenorem ipſorum inſpeximus diligenter nullo vlterius neceſſario oſtendenda,& ipſorum inſpicienda , & legenda tenore,quia uidimus,& ſciuimus,ea abſq; alio uitio uituperatione confecta. Confirmamus etiam ipſi Monaſterio concordiã ex commiſsione Curiæ noſtræ communiter factam inter ipſum,& Robertum Malherbam dominũ Sub

montis

montis fidelem nostrum prout ipsius concordiæ publicũ continet instrumentum. De quæstione, quam idem Robertus mouerat contra ipsum Monasterium, de aliquibus redditibus, & seruitiis quæ ab eodem Monasterio, & hominibus Casalis eiusdem quod dicitur Fontanellæ cum instrumentis requirebat. Insuper concedimus, & confirmamus ipsi Monasterio habere, & percipere perpetuo de lacu Alesinæ annuatim sexaginta sertas anguillarum de grosis, & supergrosis, quas quidam Mattheus Comes Alesinæ concessit, & donauit ipsi Monasterio semper habere ibidem, & percipere annuatim prout ipsius donationis, & concessionis publicum continet instrumentum. Ad maiorem quoq; cautelam quædam de prædictis omnibus quæ ipsi Monasterio. Confirmamus propriis duximus nominibus exprimenda. Videlicet, Hospitale Sancti Thomasii. ꝙ est in pede Montis ipsius Monasterii, & Casale Fontanellæ ꝙ est eiusdem Monasterii: ꝙ est situm inter dictum hospitale, & castrum Submontis. Ecclesiam Sancti Iacobi de Beneuento. Ecclesiam Sancti Ioannis de *Marcopio*. Ecclesiam Sancti Ioannis, & Casale de Aquaria eiusdem Ecclesiæ in Territorio Vici. Ecclesiam Sancti Petri de Russetani in Territorio Roccæ Sanctæ Agathæ. Ecclesiam Sancti Petri in plano in Territorio Ascoli. Obedientiam, & Hospitale Troiæ. Ecclesiam sanctæ *Mariæ* de Oliua, in Territorio Tuluiæ, quasdam Ecclesias, & triginta casatas hominũ, In sancto Clerico de Tricarrico. Ecclesiã sancti Honufrii, & Casale de *Massa* eiusdem Ecclesiæ: Obedientiam, & hospitale Ebuli. Obedientiam in Casale Sancti *Marzani*, & Hospitale Pauperum de Nuceria, & donationem, & concessionem nostram de aqua sancti *Mauri* in Nocera, deriuando eam in vtilitatẽ dicti *Monasterii*, & de nouo ibidem *Molendina*, & Fusaria condendi. Ecclesiam sancti Iacobi in Territorio Lauri. Ecclesiam sanctæ *Mariæ* de Plesco. & Casale Casæ Guarcianæ eiusdem Ecclesiæ. In Territorio Cicale. Ecclesiam sanctæ *Mariæ* Regalis. In *Magdalono*, & concessionem, ac donationem nostram de foresta nostri domanii. In Territorio eiusdem Terræ, & Octo casatas Villanorum in eadem Terra. Obedientiam in Casale Baiani de Auella. Ecclesiam sancti Ioannis de Argentio.

Ecclesiam

Eccleſiã ſanctæ Crucis ĩ Territorio Palmæ. Obedientiam Caſæ Cognanæ in Territorio Auerſæ. Eccleſiam Sancti Felicis in Neapoli, & tam omnes prædictas Eccleſias, obedi ẽtias, hoſpitalia, & Caſalia, quam etiam omnes alias Eccleſias obedientias, hoſpitalia, loca, & caſalia, ſicut ea vbiq; per totum Regnum, & Imperium noſtrum, Monaſteriũ ipſum iuſtè dignoſcitur pertinere, cum omnibus hominibus, vaſſallis, poſſeſsionibus, tenimentis, redditibus, molẽdinis, iuribus, libertatibus, iuſtitijs, & pertiñ. eorundem prout in eiſdem Monaſteriis priuilegiis, inſtrumentis, iuribus, & aliis ſcriptis publicis plénius continetur. De Abũdantiori gratia noſtra pro remedio quoq, felicium Regũ prædeceſſorum noſtrorum, & felicium Auguſtorum progenitorum noſtrorum, memoriæ recolendæ, ac pro ſalute principaliter noſtra donamus, & liberè concedimus in elæmoſinam ipſi ſacro Monaſterio, ac perpetuo confirmamus. Statuimus itaq;, & Imperiali firmamus edicto, vt nulla perſona ãlta, vel humilis, Eccleſiaſtica, vel ſecularis prædictum Monaſterium, Eccleſias, & loca ei ſubdita, Terram Mercuriani, Caſalia, homines, vaſſallos, poſſeſsiones, tenimenta, iura, & libertates eorundem, ſeu ſeruos Dei ibidem. ſiue alibi diù noctuq; orationibus inſiſtentes, pro nobis, ac Regni, & Imperii ſtatui, diuinam gratiam exorãtes. contra mandatum iſtud præſumat aliquatenus inquietare, nec contra hoc noſtræ protectionis, conceſsionis, donationis, & confirmationjs priuilegium venire audeat, vel præſumat, nec cum temerario auſu modo aliquo violare. Quod qui præſumpſerit in vindictam ſuæ temeritatis centum libras auri pro pœna componat, mediam partem cameræ, mediam verò partem iniuriam paſsis. Ad huius ergo protectionis, conceſsionis, donationjs, & confirmationis noſtræ memoriam, & robur perpetuo valiturum præſens priuilegium per manus Iacobi de Catania Notarii fidelis noſtri ſcribi, & ſygillo Maieſtatis noſtræ iuſsimus cõmuniri. Anno, menſe, & inditione ſubſcriptis. Datũ apud Sanctum Germanũ. Anno Dominicæ incarnationis. 1220. Menſe Decembris, Inditionis nonæ. Regnante Domino noſtro Federico Dei gratia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto. Rege Siciliæ. Imperij eius Anno primo Regni Siciliæ anno 22. feliciter. Amen.

PRIVILEGIVM FEDERICI *Imperatoris.*

Priuilegium Secundum Federici Imperatoris.

FEDERICVS Diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus Rex Siciliæ: Iustum quidem est, & rationi conueniens, vt Summo Principi Deo specialiter cura regnantiũ militet, à quo libram Iustitiæ, & regendi percipiunt, ideoq; magnifice accedit ad titulum Imperiale dignitatis, Cum ad Ecclesiarum, & locorum Venerabilium Cultus Aciem intentionis suæ conuertit, & eorum proue ctus, & commoda piæ mentis oculis intuetur. Per præsens Priuilegium Notum facimus, vniuersis fidelibus nostris, tam præsentibus, quam futuris, quod post solemnem Curiam nostrã nouiter Capuæ celebratam, vbi inter cætera, quæ generaliter statuimus obseruanda Priuilegia omnia ab obitu Regis Guilielmi bonæ Memoriæ facta resignari præcipimus Coram nobis D. Ioannes Venerabilis Abbas Sanctæ Mariæ Montis Virginis, Iusta generale mandatum nostrum. Quædam priuilegia nostra, & Imperatoris, ac Imperatricis felicis recordationis Parentum nostrorum, nostræ Curiæ resignauit, per quæ nos, & idem Augusti recipiebamus dictum Monasterium, & omnia bona ipsius, sub speciali protectione, & defensione nostra, Concedentes, & confirmantes eidem Monasterio omnes possessiones, Ecclesias, & loca ei subdita, hospitalia, tenimenta, molendina, Redditus, Casalia, homines, vaxallos, iura, libertates, mobilia, & immobilia, vniuersa, quæ nunc habet, vel habere poterit in futurum libertates, per totum Imperium, & Regnum Siciliæ. Nec non, & terram Mercuriani, cum omnibus hominibus, possessionibus, iuribus, libertatibus, & pertinentiis suis, prout in eiusdem Monasterij Priuilegiis, instrumentis, iurisbus, & aliis scriptis publicis continetur. Et Pascua libera per totum Regnum, & Imperium, pro animalibus suis, obedientiarum locorum iustorum hominum, & vaxallorum suorum, & in eiusdem Monasterii obedientiam, & loca eius, ac omnes homines, & vaxalli Castri vz. Mercuriani, Casalium aliorũq;

locorum ſuorũ, omnium quocunq; titulo ad ipſum vbiq; ſpectantes Monaſterium perpetuo, ab omni moleſtia, inquietatione, collectis, adiutoriis, datiis, exactionibus, plateaticis, aliiſq; grauaminibus omnibus, & ſeruitiis perſonalibus, regalibus, & rebus perſonarum ipſarum parti. Reipublicæ, vel aliquibus fidelibus debitis. Pœnitus eſſent immunes, & quod homines, & vaxalli eiuſdem Monaſterij in quacunq; parte Regni, & Imperij fuerint, de quibuslibet poſſeſsionibus, & bonis eorum nemini præſtent Sacramentum fidelitatis, & ſecuritatis, niſi nobis, & hæredibus noſtris, & Abbatibus, vel Rectoribus eiuſdẽ Monaſterii. Nec ipſi etiam Abbas, & Conuentus præfati Monaſterij alicui præſtent sacramentum fidelitatis, & ſecuritatis niſi nobis, & fidelibus noſtris Concedentes, etiam ipſi Monaſterio, hominibus, & vaxallis eius omnibus ligna virida, & ſicca pro eorum iuſta vtilitate ſemper accipere per totum Regnum, & Imperium; nec non, & ipſum Monaſterium Regendi Curiã in ciuilibus quæſtionibus de omnibus poſſeſsionibus ſuis, & quod ipſum Monaſterium, homines, & vaxalli eius nunquam Trahantur ad Curiam alienam, neque Monaci, Neque Conuerſi eiuſdem Monaſterij obedientiarum, & locorum eius pro qualicunq; maleficio cõmiſſo. Vnde perſona eorum lædi poſſent, excepto crimine proditionis, vel læſæ Maieſtatis noſtræ trahantur ad alienam Curiam, ſed per eorum Abbatem Compellantur ad Iuſtitiã faciendam. Et quod omnes libertates, bonos vſus, & conſuetudines fratres dicti Monaſterii, ac homines, & vaxálli eius ſemper habeant libere, quas tempore Regis Guilielmi habuerunt. Et ſi qua mala conſuetudo impoſita fuit hactenus ipſi Monaſterio, obedientiis, locis ſuis, vel rebus, poſſeſsionibus, Caſtro Mercuriani, Caſalibus, hominibus, & vaxallis ipſius Monaſterii, per totum Regnum, & Imperium, omnino non valeat, & deinceps deleant. Prohibentes etiam vt infra clauſtrum Monaſterii, obedientiarum, & locorum ſuorum, nulla temeraria proſumptio, ſeu violenta, vel illicita conuentio fiat, vnde poſsit fratribus damnũ aliquod, ſeu ſcandalum ſuboriri, & quod nullus malefactor, pro qualicunq; maleficio commiſſo, excepto crimine proditionis, vel læſæ Maieſtatis noſtræ confugiens

fugiens ad ipsum Monasterium donec ibi manserit, per vim capiatur ibidem, neque violenter exinde extrahatur, concedentes, & confirmantes, etiam ipsi Monasterio eleæmosinam sexaginta sertarum anguillarum de grosis, super grosis annuatim percipiendam, & habendam de lacu Alesinæ ex donatione quōdā Matthei Comitis Alexinæ prout ipsius donationis publicum continet instrumentū. Nec non & donationem, atq; concessionem nostrā olim ipsi Monasterio à nobis factam de foresta nostri domanii, & octo casatis villanorum in Magdalono, & de aqua sancti Mauri ipsam decimando pro velle, & vtilitate Monasterij, & de nouo construendi molendina, & fusaria, apud Noceriam in eadem aqua Sāti Mauri. Vnde prædicti Abbas, & Conuentus supplicarunt instanter celsitudini nostræ, vt prædicta omnia, & quecumq; alia in Priuilegiis continebātur, prædictis restitutis sibi Priuilegiis ipsis, eidem Monasterio concedere, & cōfirmare perpetuo dignaremur. Verum cum piæ nostræ mentis, intentio opera nobis suadent pietatis: Ad id præcipue summa voti nostri se porrigat, vt retribuamus aliquid Domino pro omnibus his, quæ ipse retribuit nobis: Nos considerantes Sanctam Religionem, vitam laudabilem, & honestatem D. Abbatis, & Conuentus Monasterii ante dicti. Pro reuerentia Reginæ Virginū ad cuius honorem, & laudem idem Monasterium est constructum, pro salute nostra, & remedium animarum felicium Augustorum parentum nostrorum memoriæ recolendæ prædictum Abbatem, Monachos, Conuersos, & successores eorum, Ipsumq; Monasterium, Ecclesias, obedientias, & loca ei subditas, Castrum Mercuriani, & Casalia, cum omnibus hominibus, & vaxallis, possessionibus, tenimentis, reddidibus, molēdinis, iuribus, libertatibus, & pertinētiis eorundem, sub speciali nostra protectione, & defensione recipimus, & restitutis eidem Abbati, & Conuentui, Priuilegiis supradictis concedimus, & perpetuo confirmamus, quæcumq; in Priuilegiis illis nostri, ac Imperatoris, & Imperatricis parentum nostrorum apertius, continentur; quæ vidimus, & tenorem ipsorum inspeximus diligenter, nullo vlterius necessario ostendenda, & ipsorum inspicienda, & legenda, tenore. Quia vidimus, & sciuimus ea

absq; aliquo vitio, & vituperatione confecta, Concedimus etiam, & confirmamns eidem Monasterio, concordiam comuniliter factam inter ipsum Monasterium, & Robertũ Malherbam Dominum Submontis de quæstione quorundam seruitiorum, & reddituum, quam idem Robertus mouerat, cõtra ipsum Monasteriũ, & homines, Casalis eiusdem Monasterii, quod dicitur Fontanellæ, Coram Iacobo Frãcisco Iustitiario, & fidele nostro, prout ipsius Concordiæ publicum continet instrumentum. Præcipimus, & firmiter Imperiali dignitate, & de possessionibus pheudalibus, seu burgensaticis, quas ipsum Monasterium habet, & possidet titulo concessionis, donationis, emptionis, permutationis, oblationis, seu legationis, vel quocunq; alio iusto titulo, ab obitu Regis Guilielmi Secũdi, prædecessoris nostri, & ante temporibus Regum, & Imperatorum Diuorum, Augustorum, Antecessorum nostrorum memoriæ recolendæ, vsq; nunc, nulla persona, alta, vel humilis occasione, Constitutionis nostræ in Curiam Capuæ, promulgatæ, de pheudis integraliter, reuocandis, & quod bona stabilia, per aliquos Ecclesiis, & religiosis locis oblata, vẽdi, vel alienari, debeant, infra annum audeat, vel præsumat, ipsum Monasterium exinde aliquatenus perturbare, & si quis voluerit reuocare ad pheudum suum: occasio Cõstitutionis p̃dictæ aliquas pheudales possessiones pheudi sui, seu aliquis, etiam voluerit vendicare, vel reuocare occasione dictæ Constitutionis nostræ aliquas possessiones burgensaticas, quas Monasterium ipsum habet quas ipsi, vel sui prædecessores eidem Monasterio vendidissent, donassent, concessissent, permutassent, legassent, vel piæ similiter obtulissent, nullatenus præsumat ipsum Monasterium exinde modo aliquo diffatire, nec etiam perturbare, volentes ipsum Monasterium easdem possessiones pheudales, & burgensaticas liberè, & pacificè habere, & possidere, absq; omni onere seruitutis perpetuæ, de nostræ munificentia Maestatis Concedimus. Insuper, & volumus pro remedio, & salute animæ nostræ, & Diuorum Augustorum felicium parentum nostrorum, quod si quis voluerit de cætero donare, concedere, seu legare, & offerre, ipsi Monasterio aliqua bona sua stabilia, pheudalia, seu

seu burgensatica, nec non, & bona mobilia, & se, etiam de persona offerre voluerit, Cuiuscumq; conditionis sit, liberè, vel seruiliter, liberè possit ipsi Monasterio, ea donare, concedere, legare, seu offerre, & se etiam de persona, & ipsum Monasterium possit franche, & liberè ipsum, & ea accipere, habere, & possidere non obstante constitutione prædicta, seu aliqua alia Maiestate nostra, edita, vel firmata ipsi Monasterio in prædictis contraria, amodo in futurum, & absque omni onere seruitutis, seu aliquibus fidelibus nostris, débito ea omnia habeat, & possideat in perpetuum libere donamus de nostræ speciali gratia Maiestatis. Concedimus etiam, & in perpetuum in eleæmosinam confirmamus ipsi Monasterio libere, absque omni onere Roccellam Siciliæ, quæ est grangia eiusdem Monasterij, cum omnibus possessionibus, rationibus, libertatibus, & pertinentiis suis, Ecclesiam quæ sita est ad honorem Saluatoris, Ecclesiam Beatæ Mariæ: ac etiam tertiã partem Molendinorum Golisanen. & tres vntias auri de venatione cuniculorum Territorio eiusdem. Quæ omnia Paulus Comes Golisani, eidem Monasterio donauit, & obtulit, sicut instrumentis, & scripturis, eiusdem Monasterij inde confectis, plenius continetur: Authoritate præsentis Priuilegii præcipientes, firmiter vniuersis, quatenus nullus de cætero sit tam ausus, qui super prædictis omnibus, ipsum Monasterium impedire in aliquo, vel molestare præsumat, & siquis verò præsumpserit Centum libras auri in vindictam suæ temeritatis componat, medietatem Cameræ nostræ, reliquam medietatem iniuriam partis, Ad huius igitur protectionis, concessionis, & confirmationis nr̃æ memoriam, & robur perpetuò valiturum, Præsens Priuilegium per manus Ioannis de Lauro Notarius, & fœdelis nostri, scribæ, & sygillo celsitudinis nostræ iussimus communiri. Anno, Mense, & Indictione subscriptis. Datum Melfiæ Anno Dominice Incarnationis 1224. Mẽse Februarij. xij. Indictione Imperij Domini Nostri F. R. Dei gratia inuictissimi Romanorum Imperatoris, semper Augusti, & gloriosissimi Regis Siciliæ Anno III I. Regni vero Siciliæ XXVI. Feliciter. Amen.

HAEC

Sanctissimus Guilielmus natus est Anno 1085. cũ 15. essẽt annorum reliquit suos. Anno ætatis suæ 38. fundauit Monasteriũ Montis Virginis, & Religione instituit. Anno 57. ætatis suæ interijt.

HAEC multaque Glorioſiſsimus Chriſti Confeſſor, & Monachorum Pater Sanctiſsimus Guilielmus Religionis virorum, & Mulierum Inſtitutor Miracula fecit, quorum notitia uix poteſt haberi, ſed quæ in ſcripturis antiquis inuenimus manifeſta fecimus. Hic natus eſt Anno Milleſimo octuageſimo quinto. Victorio Pontifice Tertio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Regnante. ac Henrico IIII. Romanorum Imperatore Regnante, & cum quindecim eſſet annorum dereliquit ſuos, Anno ætatis eius trigeſimo octauo, incepit Monaſterium Montis Virginis condere, & Religionem eiuſdem Inſtituere.

Interiit ætatis ſuæ Anno quinquageſimo ſeptimo.

Amen.

VITA, OBITVS, ET MIRACVLA SANCTI AMATI EPISCOPI NVSCANI,

ORDINIS RELIGIONIS MONTIS VIRginis, Discipuli prædicti Sanctissimi Patris, Guilielmi.

AMATVS, Nobili Nusciæ Ciuitatis prosapia, ortus; litera libus à suis traditus studiis, ne mũdiali sordesceret puluere. Sed Maiestatis Eternæ Lucentia lumina amãs, noctu diuq; à teneris annis Sanctorum vestigia sequens, castitatis amator, sanctimoniæ bonorum operum, est iter ingressus. Tãti in Deum erat futurus amoris, quòd grauida Mater in somnis, ab Angelo filium, paritura, Amati nomen accepit. At nomine, & Re, à Deo, & hominibus amatus, Amatus: litteralibus, Ecclesiasticis disciplinis in hærens, tam lectioni, & orationi erat intentus, vt magistro, & hominibus magis acceptus, magisq; fiebat amabilis; & quæ magistrali eruditione disceret, ac præspicacitate ingenii cognosceret, conferens in corde, memoriæ conseruabat. At Dauidis dictum diligenter attendens, & luminis interni, intuitu contemplans assiduo. Dispersit dedit pauperibus, vt ad quietem futuræ gloriæ peruenire. Cum quatuordecim esset annorum parentibus orbatus, hæreditario iure, in patrimonialibus succedens; cunctas facultates pauperibus *Psal.* 111.

ribus erogauit, ac clericali habitu indutus, de bonis Eccle siæ viuens, assiduè Ecclesiastico seruitio erat intentus. At in eo melliflua charitas, qua in pauperum compassione, to tis misericordiæ affluebat visceribus: pullulans: pueritia, & infantia sanctè, ac Deo dignè decursa, Adolescentiæ suæ viam perseuerantius ad suum conuertit authorem, assiduis assistens vigiliis, totus in Dei cultu, ac sanctorum tali seruebat obsequio: quod probabili vita refulgens, ad proximas ciuitates, & oppida, tantæ sanctitatis viri odor euenit, vt eius nomen vbicunq; fuisset auditum, in veneratione non pauca haberetur à cunctis, sicq; Deo annuente con tingit, vt secundũ corporis incrementũ, virtutibus in dies proficeret, ac Euãgelici dicti. Siquis posuerit manũ ad aratrũ, prospiciẽs retro nõẽ. Non vanus Auditor: retro aspice re præcauẽs; in anteriora mẽtis, & corporis oculos in Dei agricultura dirigens, recto ad dñm festinabat itinere: post quã aũt ad Sacerdotii gradũ Cõfessor Christi peruenit, tã ta in eo excreuit sancta Religio, populorũ consensu, cũ ma gno ciuitatis Episcopi desiderio. Archipræsbyter fuit effe ctus, ac animarum regimen adeptus præceptis obtemperando dominicis, tramitem æquitatis incedens, nobiles in nobilibus; diuites inopibus: nullam mollientes iniuriam, fraterno venerabatur affectu, & de eorũ facultatibus pauperum subleuabat inopiam, quos verò diabolica suggestio ne erant inimici; benignus Dei famulus dulci, ac veluti an gelico, pacificans, mulcebat alloquio: & laborantibus a dens: Oppressis in iudicio succurrens, Viduis cõsulens, & Orfanis, Peregrinãtibus hospitalitatem impendens, aliquibus elemosinæ donum Alijs cõsilij, Aliis cum ad singula bona tota mentis intentione Anchelaret, donum confe rebat officij: Afflictos consolans, vt ouẽ quæ errando perire videbatur, ad dominici gregis pius pastor reduceret citius, orationi semper intentus, quomodo sibi commissam pastori æterno redderet; Deum orabat assiduè, sed animarum curam graue onus esse considerans, & ad Dei seruitium totum se tradere, sæpe in mente reuoluens: florem puritatis, quem in tenera ætate protulerat; in bone perfectionis sub maturitatis tempore fructum producere voluit, statim cum Sanctissimi Guilielmi sanctitatẽ, & eius

Luc. 9.

miracu-

miraculorum famam increbescentem intelligeret Sanctus Amatus, anno ætatis suæ 27. archipresbyteratus officium deserens, ad prædicti (sanctissimi Religionis institutoris) ad Sancti Saluatoris Monasterium quod miliaribus duobus distabat à patria, vt sacræ suæ Religionis habitu indueretur, velocius euolauit, die quadam vna cum Ioanne conciue simplici seculari associatus, ad præsentiam Sanctissimi Patris Guilielmi se contulit, dicens. Pater Sanctæ ecce reliquimus omnia, & nos ad tuam Religionis normam, vt suscipias supplici voce deposcimus, ad quos Christi Cõfessor, Fratres melius est non promittere, quam in promissis deficere; ac nõ incipere, quam ab incepto desistere, At ipsi si nos digneris accipere sperantes in domino in incepto perficere cupimus. Quos hilari vltu, vt erat dulciter ãplectens, Monastico iugo submisit, ac Sanctum Amatum sibi elexit in socium. Annis verò sequentibus è Vita seculi huius S. Guilielmus, ad dominum migrando glorioſè discedens, ad Lacinij Montis radicem Fontilianum proprio nomine dictãm, Sanctus Amatus pergens, in honorem Sanctissime Virginis (vt ad præsens extat inesse) Ecclesiã erexit, ac multorum Monachorum Monasterium magnum de Diocesani licentia constructit, & auxit, vbi virorum multitudo confluens ei bona prædiaue, non pauca ob eius sanctitatis mœrito benigne donabat, inter quos puer mutus aduenies. quem Sanctus Amatus, interrogans, & vt interrogationi responderet, iussit. At Mutus alta uoce respondens, ait gratias ago Deo meo, qui per seruum suum Amatum Monasterii huius patrem, loquelam præstitit mihi, & ad pedes confessoris Christi proiiciens habitum suæ Religionis humiliter petiit, quo per manus, Sancti uiri uestitus, ab eodem (ut memor Sanctissimi primi Patris) D. Guilielmi nomen fuit impositum, qui post ad Episcopale Regimen, à Deo uocatus Sanctus Amatus in prædicti Monasterii Sanctæ Mariæ Fontilianæ in Abbatis succesit officium. Istius Miraculi per conuicinas Regiones fama crescente, paucis diebus elapsis, quidam Montellæ, qui in cessum amiserat, à suis in grabbatum, ad Sancti patris præsentiam supplici uoce poscentibus, ut claudo redderet sanitatẽ, fuit aspertatus in Monasterio quod audiens Chri-

Ad Sanctum Guilielmum accessit.

Hic Ioannes postmodũ sanctus effectus ẽ, de quo supra meminimus in vita S. Guilielmi veneratus à siculis.

S. Amatus monachus efficitur religionis Montis Virginis.

sti Confessor, nulla mora protracta in Ecclesia, una cum Fratribus genibus flexis, & manibus eleuatus, in cœlum, quem mutis loquelam, & claudis incessum dedit in terra, ad gloriam suam concederet fidelibus. Orauit. Attentè, Orationeq; facta ad claudi grabbatum accedens, ut propriis planctis ad Maius altare, ut Christo de sanitate gratias ageret hilariter imperauit, quòd cernentibus Fratribus feruorem in Dei seruitio creuit, & aliis, ac omnibus factus magis amabilis, tãtus fuit hominum, & mulierum cõcursus ad Dei uirum, quod suum imitando magistrum popularem auram fugere uolens illinc, & ad Virginis Montẽ iter arripiens discedere statuit. Cum nocte sequenti Angelus domini apparuit, dicens. Se illic, & patriæ suæ usq; ad ultimum uitæ diem domino famulari. Mane sequenti, quod primo proposuerat exequi cupiens, per mõtana iter arripiens in Valle Serpici oppidi in uenatores castri prædicti incidit, quem calumniosè opprimentes ferrei iaculi; taliter feriunt, quod capitis os. (prout his oculis uidi, & ab aliis uideri potest, ad præsens) ictu perforarunt. At Dei famulus præceptum angeli cogitans, & in obedientem se fuisse cognoscens ad suum Monasterium est statim reuersus, a suis patribus sic uulneratus benignè suscipitur, & medetur: nec sanus effectus, quod per tale uulnus uenator aufugiens in curiam incidit, & magnis tormentis affectus delictum Cassani præsuli succintè narrauit: quem præsul cum Dei seruum feriisset morti condemnat. At catenis in carceribus uinctus sed de delicto maxime pœnitens. Vertit ad Sanctum Amatum, cui multum commendans in noctis crepusculo Dei uirum ut lumen resulgens aspexit, & ut Dei sanctum adorans: statim à ligaminibus, & carceribus liberatum se videns, mane sequenti à sancto Amato se absolutum publicè prædicauit. ac Miraculũ manifestat. Quòd audiens præsul, Monasterio sub famulatu illius traditum misit: ibiq; Dei, & Sancti Amati præceptis dum uixit humiliter & deuote seruiuit. Anno autẽ domini 1156. ætatis uerò suæ 52. Christi Confessor à uulnere sanus. Emanuele græciæ Imperatore, sanctæ sædis Adriano IIII. ac Guilielmo Filio Rogerij Regis Sanctissimi Patris uenatoris magnifici: secundo Siciliæ Rege regnantibus. Dum ab Im-

Apparuit Angelus domini.

Miraculum de vincto catenis.

ab Imperatore prædicto prætēderetur Regimen Apuliæ. Et Rex Guilielmus patris patrimonium defenderet. Bene uentum uolens accipere, non modico exercitu de Salerni partibus per Nuſciæ ciuitatis, regiones tranſiens, nonnullos, ut cum eo præliarentur ſecum uinctos aduxit. Qui ad Sancti Viri Amati uertentes clementiam, ipſiuſq; mœritis remittendo. Vnus ex eis Regi. Beneuenti uictoriam prædicit. Cui Rex, quam de hoc certitudinē habes. At ille Ecce ego cum ſociis in famulo Dei, diſcipulo tui genitoris Sanctiſsimi Guilielmi dilecti, Confiſus Amato, te uictorem prædicimus eſſe. Quibus Rex. Mihi quæ ſcitis de his Sanctis præterita cuncta narrate, & Illuſtri de primi patris cum ſuo genitore famulatu continuo, non pauca recēſentes. Rex eis ſic alloquens, ait. Si Deo placuerit. De uictoria Montis Virginis Eccleſiam participem faciā. At poſt modicos menſes, de Beneuento triumphans, maiorē Sanctorum corporum Reliquiarumq; numerum (qui adhuc in Virginis Monte reperitur, quàm deuotè temiſit. Rex uerō Salernum reuertens, Tempore quo Nuſcanus Epiſcopus ab hac uita migrauit, à Nuſciis ciuibus deprecatur, ut eius fauore ab Adriano Sanctæ Sædis IIII. Pontifice Maximo, in Epiſcopatus officium Sanctus Amatus eſſet electus Pontifex præcibus Regis aſſentiens, Sanctum prædictum in ſuæ ciuitatis Epiſcopale Regimen creauit. Rex autem *Meſsinæ* Siciliæ Regni de uictoriæ triumpho, non immemor factus, ibi, ad ſanctiſsimæ Virginis laudem Monaſterium magnum (hodie S. Leonardus vocatū) conſtrui fecit. Sanctus uerò Amatus ita mira, circa qualibet depreſſos moleſtia compaciendi erat ſedulitas: quod communis omnium ei tanto ardentius inhærebat dilectio, quantò attentius in ſuum cernebat vigilare ſubſidium, & in Monaſterio exiſtendo prædicto, à ſuis nunciatur conciuibus. Tu es, quem ſuper Chriſti gregem, indefeſſus nocturnas oportet cuſtodire vigilias; & annis iam multis quod recuſaſti rogatus accipere. Animarum regimen nunc ſanctæ Sædis Pōtificis iuſſu, vt ſuſcipias non potes aufugere; ac omnes conſona voce proclamant. Pater Sanctæ tuæ natiuitatis locum præſentia, qua tui omnes reddis amabiles, ipſa, ad Dei gloriam, ac animarum ſalutem magnifica ſemper: no-

Maior numerus Corporum Sanctorum & Reliquiarū qui in Virginis Monte reperitur à Beneuento reportatur.

Sanctus Amatus creatur Epiſcopus.

strumque tuo consensu magnifica Votum. quibus Sanctus Deo, ac sanctæ Sædis Apostolicæ Pontifici maximo semper fui obedire paratus. Ad hoc Onus, me indignum existimans, pluries recusaui. Nunc Deo, Christiq; Vicario obtemperare maleo. Vt verò consecraretur ad Salerni Archiepiscopum associatus à conciuibus proficiscens, mirificè suæ patriæ ingenti cum gaudio ab eo fuit consecratus, Nusciæ Episcopus, & tali dignitate ornatus, Ad Monasterium quod propriis construxerat manibus, properans prius, & à Monachis susceptus hilariter dulci sermone ad obseruantiã Cœnobiticæ normæ strictissimè admonuit, ipsisq; successorem Multæ sanctitatis D. Guilielmum nomine Abbatem elexit. Post Episcopalis Ecclesiæ Nusciæ Ciuitatis patriæ suæ fuit possessionem adeptus. Quem ocius omnes in Dei laudem cum manibus vocem dicentes. extulerunt ad æthera. Benedictus qui cũcta creauit, & regit, qui pro nostro regimine Sanctum dedit Amatum. Dum autem Episcopali Chatreda Christi confessor ornaretur magnificè populorum ad eum vndiq; concursus aduenies. Primicerius, qui erat in quodam finitimo castro detemptus; Auxilium Dei, & opem ipsius Sancti Episcopi nocte inuocans, vt adesset cum cæteris, statim carceris pars, ac si artificiosè esset factum rupit in alteram partem, à carceribus liberatus mane coram omnibus hoc sibi euenisse publicè manifestauitr Et cum multitudine quædam puella Lunatica assistens, à morbo mœritis Sancti præsulis liberatam agnoscens ad Sancti pedes ejecta Deo gratias egit. Sanctus præsul Amatus in habitaculo suo tranquille commorans, scultores artifices ad nouam sub titulo prothomartiris Stephani, construendam, conduxit Ecclesiam: & constructam in honorem Sancti Stephani basilicam consecrauit, sedem sibi, ibi stabiliens vigilanter in Psalmis, Hymnis, Lectionibus, & Orationibus assiduis vacans; vt corpore cum habitaret in terris, in dominico obsequio cũ præsbyteris, & clericis suis, spiritu conuersaret in cœlo, & si alebatur in mundo, ad mundanas non titubans illecebras, nec ad sæculi vanitates, ac falsas respexit insanias; sed viuens vita viuebat in Christo, intus cum Deo, foris cũ populo agebat iustissimè Diebus verò, festiuis populum in Dei amore, & proximi charitate, in diuinis eloquiis, ac operationibus

Sanctus in Episcopali dignitate electus ab Archiepiscopo Salerni consecratur.

Suæ patriæ Episcopatus possessionem accipit.

Miraculum de Permicerio

Miraculum de puella lunatica.

bus ſanctis exorabat aſsiduæ, cuius precibus ſanctis Nuſcanus populus ab inimicorum turbine liberabatur continuè. fuit tantam Dei famulus perfectionem adeptus, quod in nulla occupatus inercia hoſtis antiquus per cuiuſdam dœmoniaci os, cum à prædicto ſancto eiiceretur vociferãs ait. dolet quam maximè neminem ad Sancti Amati cuſtodiam pertinentem de grege ſubſtuliſſe dominico; & eo dolentior? cum promptuoſior inſidias tenderẽ, Odia inflammarem, litigia incitarem, furtum, adulterium, iram, & cætera varia vitia aſtutè ſuggererem, ab huius Sancti viri ieiunii clypeo, pacientiæ lorica, fortitudinis lancea, iuſtitiæ gladio, Sed magis ab humilitate profunda à ſuis ouibus expellor aſsiduè. Talibus. n. armis diuinæ Militiæ Chriſti miles inſignis, diabolicam impugnabat tirannidem, & diaboli tẽtamenta conſumando, gregem Chriſti, nil de ſua præſumẽs fiducia, ſed in Dei ſperans auxilio, conſeruabat immunẽ, ſeduloque à ſancto non deſiſtens propoſito aſpectum hominum dum fugeret, in Eccleſiæ angulis aliiſque Deũ pro grege ſibi commiſſo exorabat latibulis. Nec quoquomodo ſuperari poterat cum quo virtus æterna manebat; nec impugnari valebat, quem acies concomitabatur angelica. peractis non menſibus multis, de longinquo, & proximo multas ſubſtinentes infirmitates, Surdi, Muti, Claudi, Paralitici, Febricitãtes, ad Sancti præſentiam venientes. Oratione ad Deum primo facta curabat in Chriſti nomine: at illj incolumes reuertentes Deum Yeſum Chriſtum, qui ſui ſerui dilecti precibus redderet ſanitatem, vocibus glorificabant in ſanctis ſuis. Sanctus Antiſtes popularem audiẽs famam, vt eam aufugeret, ad decliuium montis, vbi ciuitas erat, ad honorem ſancti Leonis conſtruxit Eccleſiolam, ad quam per ſepè, vt ad hæremiticum oratorium confugiens hominum laudem euitabat, Ac illic exiſtens antiquus ſerpens inuidens, ne per hoc ſanctus proficeret magis, imaginationes varias, occultas inſidias: parans extremò flagellis oppreſsit. Sed ſanctus velut fortis atletha in Chriſti nomine ſuperabat. Sæpè *Monaſterium* duobus miliaribus ferè diſtans à ſe conſtructum viſitans veluti filios ſuos mònachos admonebat, His operibus vigilans Dei ſeruus, & concurſum virorum ad ſui habitus ſuſceptionem dum videret. Ad gloriam Virginis, ſub titulo Sanctæ Mariæ Nouæ, (ho

Miraculum de oppreſſo à diabolo.

Numerus miraculorum.

Secundum Monasterium Monachorum ædificati.

Anno 1164. Alexãdro III. Pontifice Maximo Regente.

Miraculum de Clerico.

Anno ætatis suæ 67. ad venerationem Sãcti Laurẽtij Ecclesiã ædificat.

Anno Domini 1171.

Miraculum de paralitica, & doemoniaca.

ux, (hodiæ Sancta Maria Longa, à longitudine Monasterij, vt vestigia ostendunt, dicta) Monasterium aliud ædificat. Ac quibusdam annis elapsis Clericus quidam cuius hospitium ab Episcopali Ecclesia, nõ longe distaret, peccatis exigentibus suis, corporis ità premeretur angustia, ac si lapis Corpus eius euasit immobile, diu in miseria tali persistens, ac si anima exhalaret, e pectore, & parentes mortuum magis, quam viuum tenerent, ad Sancti præsulis à suis aductus præsentiam, tali fuit voce locutus. Pater Sanctæ si gratia Dei multos, à variis sanasti longoribus, & me clericum tuũ sanare digneris? Cui præsul Deus sanat, ego sanatum amplector, orationeq; facta, clerico iubet, vt de grabato ad Ecclesiæ famulatum accedat, at ille obediens, sanus efficitur, & sanus Ecclesiæ seruiuit. Post Sanctus Dei Amatus ad venerationem Sancti Laurentij, aliam constructit Ecclesiam. Et in consecrationis solemniis Mulier à paralixi fuit liberata. Item alia Ciuitatis Acernii, à doemone fatigata, quod loqui non poterat, ad Sancti pedes ejecta. Diabolus alta voce prorupit. A mate à nobis odite, cur nos expellis ab homine, & ad tartara mittis? & Sanctus non ego, sed ille, qui te de cœlo eiecit, expellit ab homine. Sed cum senex efficeretur sua in cathedrali Ecclesia Deo seruiret, continue vigiliis, & orationibus intentus, suæ ætatis ad vltimam diem venit. ad Ecclesiam iussit adduci, Põtificali diademade ornatus, Sacrũ volens, celebrare, ea facta, orando. Deo, spiritum comendauit. Suæ ætatis Anno 89. Incarnationis 1193. Cœlestino III. Pontif. Max. existente.

MIRACVLA FACTA
in eius obitu.

Miraculum de lampade.

DVM Sanctus Pontifex, ab hoc seculo, ad regna migrasset cœlestia in eius funere populorum factus est concursus, & suæ religionis maxime patrum, accidit præsentibus omnibus, vt lampadarum, quæ erant ante cadauer, vna Oleo plena, & accensa, nimis ex alto in pauimento Ecclesiæ cadens, præsentia Sancti Corporis, nec frangeretur, nec lumine extincto

tincto, oleum esset effusum, Quòd cum cernerent omnes Deum in Sanctis suis glorificarunt. Sed inter funeralia, qui dã à doemone oppressus adeo, quod oculis tortis, niger colore effectus spumam euomeret, aductus ligatus à suis, ad Ecclesiæ fores inquit. Ille me eiici iubet mortuus, qui viuus à se, & ouibns suis soepe eiecit. Et dum hæc pluraq; miracula faceret, corpus mirifice in Chatedrali Ecclesia conditum seruabatur. Ciuitatis verò Nusciæ facies ex improuiso occupatur ab hostibus, vt de ciuibus multi ducerentur captiui. Quorum vnus Sancti præsulis familiaris, cum ad inimicorum castra peruenit, pedibus, & manibus, post terga ligatus in tormentis aculeo suspensus, ad maiorem corpôris afflictionem in humeris immenso lapide cruciatur, & dum tam pateretur afflictionem, in Sancti Antistitis meritis constantiam præbuit, & illi commendãs factum est, vt inimici, qui eum affligerent, graui corporis morbo percuterentur, & suspensus nullo dolore torqueretur, quibus detemptus, sui familiari Sancti Amati precibus euenire ait, quem statim deponentes uinctum à Ministris detinebatur, in nostris crepusculo, Dei Sancto comendans, cum multa odoris flagrantia, visio candida, vt serenum lumen effulgens, venit. Et à loco liberum, per medium hostium, vinculis absolutũ, sanumq; adduxit. Mane valde diluculo hostes oẽs hoc audientes ipsum miserũt ad propriam Patriam, cuius Sancti liberatio ad aures cuiusdã captiui perueniens, qui pro criminibus suis in carceribus erat, de delictis pœnitens Sancto præsuli comendauit. Nócte, sopori datus, cum compedibus solutis ad Sancti sepulchrum se iacere inuenit, & liberatus ad gloriam Sancti Amati, compedites in muro defixit, (vt videtur ad præsens, hæc multaq; miracula, dũ magna veneratione in domuncula, quadam corpus condebatur. At succe ssore eius D. Rogerius, qui tẽpore mortis suæ Abbas eiusdẽ Religionis in Monasterio Sancti Saluatoris de Guleto reperiebatur, prædictæ Ciuitatis à Sancta Sede Apostolica Episcopus factus, in eodem loco, vbi sacrum recolendæ memoriæ corpus iacebat. Basilicam cõstruxit, & dum páries per locum vbi tumulum erat erigeretur, ac corpore inde remoto, odoris, tam flagrantiam sentit, vt cuncta exuperaret aroma-

De Doemoniaco liberato.

Liberatio captiui.

D. Rogerius secundus Episcopus Religionis Montis Virginis.

aromata, ibiq; claudus, meritis Sancti præsulis Amati Dei virtute euasit incolumis. Quod successor eius D. Rogerius videns, Magnificam Ecclesiam (vt nunc inspicitur) ædificauit, & ædificatam in honorem Sancti Amati consecrauit, (& hodie Sanctus Amatus est titulus Episcopatus) & pro capituli cleri sygillo, Sancti præfati figuram, cum duabus ouibus iuxta pedes hinc, inde, vt ouium veri Pastoris posuit. Corpus vero, cum Brachio Prothomartyris Stephani, in propria ara, sub pauimento stabiliuit. Anno Domini 1223. Honorio III. Sanctæ Sædis Pontif. Max. Viue.

Claudus sanatur.

MIRACVLA FACTA IN TRANSLATIONE *Capitis, & brachiorum.*

MVLTIS post annis elapsis D. Lucas Nuscæ Ciuitatis successor Episcopus, prædicti Sancti Corpus in vasis Argenteis mirificè collocare volens, à loco vbi erat ad propriam ædem, siue sacellum transmutari præcepit. Et ipse, præsentibus populo, & clero, de arca in qua recondebatur, miraculosæ effulgentibus radiis, cuncti nitentes, odoris flagrantiã sensierunt, & vertebræ cum dentibus ibi remansa: Arcam reserare nunquam potuit. Stupens dum cerneret intus, & prædictam partem Capitis, statim reseratũ, vt prius. Hilarescẽtibus omnibus processionaliter Caput, & Brachia, distincta à Corpore, cum præsul ad sacellum aduceret, (vbi hodie in vasis Argenteis summo venerantur honore) Corpus ab ædicula amouere non potuit. Ac illud in Arca prædicta mirifice collocauit, (vt ad præsens seruatur) Tribus post diebus finitis, quidam Dominicus nomine Terræ Turellæ dum paraliticus in lecto iaceret, & per dies fere viginti lingua, ac voluntario motu carebat ad Sancti Amati mœrita voluens, quem suppliciter exposcebat. Nocte ei candida veste indutus Sanctus apparuit, & ab ægritudine ad sanitatem pristinam reducit, qui sanus mane de lecto consurgens publicè miraculum prædicauit. Octauo autẽ à translationis die, quidam de oppido Morræ, lumine visus carens, à suis ad Sancti tumulum ducitur, & continuæ

Miraculum de paralitico.

De Coeco.

orabat, & sic orans visum, quem amiserat recuperauit. Anno sequenti dum Translationem Reliquiarum celebraretur solemna dies Pontificaliter, e superiori loco Cathedralis Ecclesiæ ignens lignea porta erat, & prope eam dū sedula mulier esisteret, iuxta se filium paruulum tenens, Accidit vt dum à turbine venti super puerum accideret hostium. Mater afflicta vocifetans. Oh Amate Sanctæ auxiliare? homines nō sine labore portam auferenres puerum inuenerunt illesum. Hæc multaq; alia Sanctus miracula fecit in Christi Nomine. Et Benedictus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, qui fidelibus suis gratiam affluit per Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in seculorum secula.

Miraculum de puero.

Amen.

Cælebratur Translatio Sancti Aamati.
Quinto Chalendas
Iunij.

H VITA

VITA, ET OBITVS SANCTI DONATI MONACHI RELIGIONIS MONTIS VIRGINIS.

DONATVS ex Ripa candida inter Lucanos oppido, Ortus. Monachorum Religionis Montis Virginis, Sanctitatem, & præcipuam in Regulari observantiam, integritatē, atq; feruorem, intuitus. Continue legis Dei præcepta, quæ per Religionis ingressum, à teneris annis toto mentis affectu, meditabat implere. Cū quindecim esset annorum citissimo cursu Monasterij Sancti Honufrii in territorio Petinæ Abbatē Adiit. Quicius desiderio agnito, ostensa regulari obseruantia, artaq; vitæ aditum facilè præbere noluit, sed hortatoriis verbis solatum dimisit, paucis vero post diebus elapsis, parentibus, bonis, amicisq; dimissis ad eundem rediit, quem assiduis precibus instans, ad eius pedes scaturentibus lachrimis, vt habitu dictæ Religionis indueretur eiecit. At monastico habitu indutus obedientiæ iugo collum submisit, Monasterij Ianuarius pro tempore fuit factus. Breui tante fuit perfectionis, quod sedulus per occulta pœnitentiæ opera, vt Deo famularetur, inuestibat. Cum in prædicti Monasterij calce Torrens aquæ inūdando, cursus rapacitate, multos gurgites, & rupium vasta antra, præcauataq; saxa surgens formauit, in his frigidissima residens aqua. Nocturnis horis congruo tempore mona-

monachis ſopori datis S. Donatus, in cœlla indumentis poſpoſitis, ad prædicti fluuij gurgitem deſcendens, ibi vſq; ad pectus aqua tegente, noctem inſomnem, oratione, & tali pœnitentia ducebat. At nocturnæ ſinaxis Tẽpus adueniens, antequã Monachi ad Chorum præparaturi Domino famularent, ad Monaſterium euolabat, vt ſurgentibus fratribus humilitate, & ſanctitate, cum eis Deo gratias ageret. Poſt ſeruitiis Monaſterij vacans aſsidue, hanc pœnitentiam à nemine ſcitam exequebatur. Contingit in noctis crepuſculo. Dum Abbas in cœlla Dei famulũ quæreret veſtes ſolas inuenit, dum tacitus rei factum expectaret. Nudum Dei ſeruum Donatum venientem occulte reſpexit, ac eius vitæ perfectionem; & huiuſmodi actum in mente reuoluens, quid eſſet? melius voluit inueſtigare; paucis poſt diebus Monachis panis dum deficeret, ac eum Chriſti ſeruus efficeret, Meditationi intentus; herbarum faſciculum, quo furnus purgatur, ſtruere eſt oblitus; Superior veniens nec furnum purgatum inuenit, de negligẽtia reprehendit: Chriſti dilectus obedientiæ tam maxime amator, ſuperioris mandatis, vt obediret furnum ignitum ingreditur, & cum ſcapulare cinerem, ardenteſue carbones foras emittens, eum purgauit, quem eſeuntem cũ ſcapulare illæſum Abbas aſpiciens, vt ſanctum pœnes ſe tenuit: ac dum talem perfectionem qualiter eſſet adeptus quæreret nocte ſequenti in fluuij gurgite pœnitentem, & orantem inuenit. Quibuſdam diebus apum aluearia, in monaſterii viridario exiſtentia, conculcata, & deuaſtata Abbas inuenit; dum cum Monachis conquereretur Sanctiſsimus Donatus quem eſſet, voluit inuenire. Vna die Vrſum aluearibus ruptis mel comedentem inuenit, & funicula qua cingebatur per Vrſi collum ſuſpenſa, vti ouem manſuetam, ad ſuperiorẽ malefactorem aduxit, vt ei pœnitentiam daret. Abbas præſentibus Monachis alloquens ait. Hæc ſunt obedientiæ mœrita? his famulo Dei Donato ſœrociſsima animalia pariunt? quòd cuncti cernentes Sanctum vocãt Donatum, & in obedientia magis in dies profecerunt, Vrſus vero, cui ſuperior ne vltra veniret ad hortulum præcepit, omni ſœrocitate abiecta proſtrato capite inde diſceſsit. Cum igitur Dei famulus ad huc iuuen

Qua pœnitentia carnem macerabat.

Miraculum q̃ Sanctus Donatus fecit.

Miraculum de Vrſo.

tutis flore polleret, diuina disponente volũtate, graui morbo corripitur S. Sacramentis Sanctæ Ecclesiæ ad hærens dum Dominicum Corpus acciperet, lachrimis, indignum se reputans, Christo glorioſiſsimo ſpiritum commendauit, ac Sacramento accepto, ad cœlorum conciues euolauit, & Astantes Abbas, & Monachi quasi solis splendorem, tẽdentem ad cœlum ab ore eius exire viderunt. Cuius obitum parentes eius dum intelligerent graui dolore affecti, citius Monasterium adeunt, & præcibus multis cum Abbatis licẽtia corpus eius, quem singulari amore dilexerũt, Ad Patriam Ripam candidam asportare decernũt, populi Petinæ factus concursus, dum parentes defuncti acciperẽt corpus, vna cum Abbate, & Monachis vnica voce dixerũt, Cur nos Donate Sanctiſsime derelinquis? quid nobis in amoris signo relinquis? Ad quam uocem Miraculo Dei. Eleuatum a pheretro brachiũ quo furnum ignitum purgauit eiecit. Quod Abbas hilariter accepit, ac in Ecclesia mirifice collocauit. Ab hac uita discesſit anno ætatis suæ Decimo nono S. Paschasio VII. Abbate Montis Virginis Monasterii uiuente. Anno Domini 1198. Corpus huius Sancti Donati in Ripa Candida patria ueneratur, Brachiũ Apetinæ. Post Obitum huius tribus annis elapsis S. Pascasius VII. Abbas prædictus interiit. Cuius Sancti uiri Corpus inter Sanctorũ Corpora collocatum in Virginis Mõte colitur. Interiit Anno Dñi 1201. ætatis uero suæ. 66.

De Sancto Paſchaſio Cuius Corpus in Virginis Monte, vt eiuſdem Monaſterij VII. Abbas, inter Sanctorum Corpora veneratur.

De Sancto Donato VIIII. Abbate, Cuius Corpus in Ciuitate Acerni, ab illis ciuibus adoratur.

De Sancto Marco Abbate Monaſterij Sancti Marci, ſituati intra confines Submontis, & Sancti Angeli de Scala, in patrimonio Illuſtriſſimæ, & Catholicæ familiæ Carrafæ, Cuius Corpus, cum Corpore Sancti Paſchaſii. In Virginis Monte veneratur.

De Sancto Modeſtino Antiochie Epiſcopo Florentino, & Fabiano Diacono, & Subdiacono, Quorum Corpora in Terra Mercuriani in perpulcri ſacrario locata venerantur. Fauente Deo, quæ in ſcripturis antiquis inuenta erunt poſterius enarrabimus.

OFFI-

OFFICIVM IN FESTO SANCTISSIMI PATRIS GVILIELMI CONFESSORIS.

Ad Vesperas.

Antiphona.

SERVE Dei Guilielme, tuis interuentibus nostras culpas dele piè, quò Sanctorum cœtibus ualeamus intereſſe deuotis mentibus.

Lectio.

COllaudabunt multi ſapientiam eius, & uſq; in ſeculum nō delebitur, non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem.

Reſponſum.

O piè Confeſſor uotis Guilielme faueto: Atq; tuis precibus nobis concede iuuamen. Iudicis ut faciem mœreamur cernere læti. Verſ. Cum iuſtus ueniet, & dare, digna quibuſq; Iudicis, ut faciem.

Hymnus ad Veſp.

VIrginis Monte, colitur in iſto: Qui fuit primus, uitæ reparator: Cœnobitarum, Guilielmus alma; Vita refulgens.

Montem aſcendit, teneris ſub annis: Vt trino Deo, modū deſeruire: Cæteris daret, aquā inuenire: Deſiderabat.

Aquam iu montis, ſummitate puram: Quærit, & Vrſum, videt perturbantem: Nil curat pater, ſociōq; dixit: Inſpice frater.

Vrſum eadem, uiſo patre uia: Nec reuerſurus, ilico diſciſſit: Vultu dimiſſo, nemore uagatur: Mercuriani.

Lupus Aſellum, deuorat errātem: Quem quærens pater inuenit edentem: Lupum alligat, Aſini labores: Mox expleturum.

Conſtruit cœllas, patribus: ut omnes: Deo ſeruirent, Virginiſq; Matri: Parat ingentem, aram in honorem: Cœlicolarum.

Sbl:n-

Splendet amante, domus alta nimis: Plata Diuino, sic ædificata: Vt mirum cunctis, esse videatur: Semper in æuum.

Hic templa multa, Domino cõstruxit: Virginis primum: in de Saluatoris: Virginũ istud: illud Monachorum: Vertice Montis.

Hunc parem Sanctis omnibus adoret: Quicunq; cupit, Paradiso frui: Sit Trinitati laus, & potestas: In unitate. Amen.

Vers. Ora pro nobis S. Pater Guilielme.

Resp. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat. Antiph.

SAncte Guilielme Cõfessor Domini Diuinæ Maiestatis interpelle pro nobis clementiam: ut nostrorum peccatorum detersa erugine, tecum in futuro gloriemur in cœli palatio.

Oratio.

OMnipotens sempiternæ Deus, cunctorum splendor fidelium, qui electum tuum Beatissimum Guilielmum, Confessorem tuum, atq; cœnobitam, tibi mirabiliter inhærere fecisti, eiusq; dogmate populi multitudinem fideliter adunasti, concede propitius, ut quæ in sc studuit agere: & quod doctrina diuinitus contulit, exequi mereamur. Per Dominũ nostrum Iesum Christum filiũ tuum, qui tecum. &c.

Ad Matutinum. Inuitatorium.

ADoremus Dominum, qui beatum hodie Guilielmũ ad cœlestia regna tranuexit.

Hymnus.

DEus Sanctorum, vita lux tuorum: Trinitas Sancta, vnitas immensa: In Confessoris laudibus, benignus: Semper adesto.

Hic mundum spernens, & superna petens: Mortuus mũdo, viués & in Christo: Cœlicũ semper, opus egit pie: Munere dignus.

Hoc vitæ solum taliter transiuit: Quod vitiorum fluctu non est mersus: imo beatæ sanctum portum vitæ: Contigit almum.

Miraculorũ coruscauit luce: Quæ nos canentes Deo iubilamus: Qui sanctus suos præfulgere miro: Præstitit actu.

Concio tota mira gesta cãtat: Quæ Sanctus ipse pius, & Confessor: Et cœnobita, vir Israelita: Florida palma.

Quidam dum fractum Brachium haberet: Aliquod opus facere nequiret: Sanũ Confessor Christi Guilielmus: Redidit illud.

Antra

Antra dum Mõtis, oleret iacen i: Videre Christũ meruit Beatus: Ibiq; iusta facta sibi impleuit: Prorsus ab illo.

Pro quibus iussis templum illud struxit: De Saluatoris nomine vocatũ: Virginisq; sponso vbi copulatum: Virgo sacrata.

Sit Trinitati decus, & potestas: Honor, & virtus monadi beatæ: Per infinita laus Sit seculorum, secula. Amẽ.

Ad noctur. Antiph.

A Teneris annis Christi famulus Guilielmus contẽpsit mundũ Domini præcepta secutus.

Ps. Beatus Vir. 1. Antiph.

Ferrea vincla sibi circundans membra domabat. A vitiis liber virtutum numera plenus.

Ps. Quare frem. Antiph.

Aspera vestis fuerat, vestigia nuda, sic parens supplex visebat limina sacra.

Ps. Cum inuocarem. Anti.

Tendere, & Apuliæ statuit feliciter arua: felix quæ tantũ suscepit terra patronum.

Ps. Verba mea. Antiph.

Contentus modico temnebat corpus aceto: gratia cœlestis eius, sacra corda replerat.

Ps. Domine Dominus noster. Anti.

Crux sibi delitiæ fuerat, crux gloria summa, post mortẽ vita frueretur omne per æuum.

Ps. In Domino Confido.

Vers. Amauit eum Dominus, & orauit eum.

Resp. Stolã gloriæ induit eũ.

Lectiones leguntur de vita. Ref. 1.

PRæclaris Guilielmus ortus natalibus, morum nobilitate præclarior, cœlestia mẽte volutans, mundi transitoria rite despiciens. Aeternorũ flagrabat amore. Vers. Nullis vnquam locis applicuit animum, oblectamenta quæque contemnens. Aeternorum.

Resp. 2.

CVm sanctitatis propositũ Confessor Domini, venerabilis puer prosequitur, ad quendam hospitaturus diuertit, cui dum nimio vinciur amore, quod Sanctus petierat erogauit. Qui uehementer in Domino admiratus, constantiam. Vers. Circulis quidem ferreis corpus amplexus est faber. Qui uehem. *Resp. 3.*

ARdenter cupiens locum tendere humanæ redemptionis, hyerosolimã properat Domino miserante. In Apuliam peregrinus aduenit. Vers. Plurimum loca uidere salutis. In Apuli. *Resp. 4.*

O Pie Confessor uotis Guilielme fauęto Atq; tuis precibus, nobis concede iuuamẽ. Iudicis, ut faciem mereamur cerner

ternere læti.

Vers. Cum pius, & iustus veniet dare digna quibusq;.

Iudicis, vt fac.

In secundo nocturn. Antiph.

Filia depensans cœci vestigia patris, solem iustitiæ flexis genibus rogitãtem, solis ardorem Guilielmi vidit adesse.

Ps. Domine quis habi. Anti.

Cumq; domum repetit tenebris miserandus opacis, cõfestim lumen Guilelmo otã te recepit.

Ps. Domine in virtute tua. Anti.

Per iuga Laceni gradiens Confessor, & orans. Aspexit Christum cuius flagrabat amore.

Ps. Domini est terra. Anti.

O, nimis excelse, nimis admiranda potestas. Imperat ille feris ferre præcepta iubentis.

Ps. Exaudi Deus. Anti.

Regna poli cupiens multis comitantibus ire: Exemplis, verbis, virtutum dogma docebat.

Ps. Te decet. Anti.

Sanctæ Guilielme Confessor, & Monachorum pater, nostris adesto precibus clemens, & propitius.

Ps. Bonum est.

Vers. Iustum deduxit dominus per vias rectas.

Resp. Et ostendit illi Regnum Dei.

Lectiones de vita. Resp. 1.

A Somno cœcus evigilans miserandus obsitus tenebris, domum remeat. Benedictione accepta. Vers. Cũque domum ingreditur, lumẽ quod amiserat clarius recepit. Benedic. *Resp. 2.*

ARdore quidem nimio Sãcti itineris, dum sacris viri monitis non vult præbere assensum omni mora deposita, mox accepta licentia. Iter agreditur. Vers. Cum aũt iter faceret multis est afflictus verberibus. Iter agr. *Resp. 3.*

O Mnem ab infantia Dei seruus exosus carnis superbiã, ferream indutus clamidem. Viriliter membra domabat. Vers. Vt ergo securus euaderet tela nequissima, crucem pro Domino gestabat assidue Viriliter. *Resp. 4.*

O Guilielme Pater famulorũ suscipe vota, nosq; tuis precibus festum solemnæ colentes. Comendas iugiter Christo cui tu placuisti. Vers. pectore deuoto nos vt seruire queamus. Christo.

Ad Cant. Anti.

MOnachorũ Pater, & Confessor Guilielme Dominisupplicantum famulorũ exaudi precamina tua semper illis sancta tribuens suffragia, & nos à pœnis erepti in æternis gaudiis collocemur.

Cant.

Cant. Beatus vir qui in sapientia.
Vers. Iustus, vt palma florebit.
Resp. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Secundum Matheum.

IN illo tempore dixit Simõ Petrus ad Iesum. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. quid ergo erit nobis. Et Reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Presb.

GRandis fiduciæ Petrus Piscator erat, diues non fuerat, cibos manu, & arte quærebat, & tamen loquitur confidenter, dimisimus omnia. Omnia enim relinquit qui voluntatem habendi deserit, sed quia nõ sufficit tantum relinquere adiungit quod perfectum est, & secuti sumus te.

Resp.

PEr Montem Lacenum venerabilis pater deambulãs cuius vehementi flagrabat amore Christũ aspexit. Quẽ talibus interpellat alloquijs. Vers. Plasmator omniũ Deus quẽ virgo sacra concepit, tua me' virtute confirma. Quem talibus.

Aliæ Lectiones de vita. Resp. 2.

FIliam pater lunaticam ingenti aspiciens fatigari periculo, paternæ pietatis motus visceribus. Per Confessoris merita eius salutem implorat. Vers. Cuius vota Dominus clementer suscipiens, confestim eam à periculo liberauit. Per Conf.

Resp. 3.

DVm Sancti viri corporis dissolutio immineret, ac pdicente. Christi virgines accipiũt intimo cordis dolore perculse. Vberioribus lachrymis pudibunda profundunt. Vers. Paternis visceribus earum nequiens audire lamenta, ab eis discessit. Vberioribus.

Resp. 4.

VIrtutum meritis, Domine Confessor amande: sic nostris precibus. Nostros absolue reatus. Vers. Vt tibi cõiugi mœreamur in æde polorũ. Nostros. Gloria. Nostros.

Te Deum Laudamus.

Secundum Lucam.

IN illo tempore. Dixit Iesus Discipulis suis. Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neq; sub modio: sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tu' fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si corpus tuum lucidum erit, non habens aliquam partem tenebratũ: erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.
Resp. Amen. Te decet laus.

Te decet hymnus. Tibi gloria Deo Patri, & Filiorum Sancto Spiritui. In secula seculorum. Amen.

Oremus. Oratio. Omnipotens sempiternæ Deus: cunctorum.

In uesp.

Ad Laudes. Deus in adiutorium. Deus misereatur nostri. Et per horas. *Anti.*

Mundanis ab infantia pompis renuntians, cœlorum Guilielmus est adeptus palatia. *Antiph.*

Charitatis nimio ardore accẽsus, acceptabile obtulit holocaustum. *Antiph.*

Ad agni cupiens honoris admicti, innumerum domino populum congregauit. *Antiph.*

Insignis siquidem meritis, & virtutum laude præclarus, in mundo plurimis corruscauit miracu'is. *Antiph.*

Animarum medicus Venerabilis Pater existens, salutẽ etiam corporibus erogauit.

Lectio. Collaudabunt. In Vesp.

Resp. bre.

Amauit eum Dominus, & ornauit eum. Resp. Amauit. Vers. Stolam gloriæ induit eum. Resp. Et Ornauit eũ. Vers. Gloria. Resp. Amauit.

Hymnus.

HAc facta die, Sancti Confessoris: Deus laudetur, cuius in conspectu: Exultant iusti, iugiterq; canunt: Cantica laudum.

In quo lætatur, Sanctus Guilielmus: Clarus Confessor, qui per nomen eius: Vrsum turbantem, sæpe sibi fontẽ: Voce fugauit.

Aquam conuertit, pariter in vinum: Eius ad vocem, dæmon est fugatus: Et tres curauit, clinicos insignis: Ipse potenter.

Ipse de luna, morbum nuncupauit: Mire curauit, dum puellam sanam: Redidit inde, fecit & per Christum: Multa Beatus.

Eius ad vocem est extinctus ignis: Minans iacturam ardor magnus suæ: Fidei: vicit flammas ignis huius: Et vitiorum.

Deo dicata fecit loca multa: In quib' patri, Christus immolatur: Et peccatorum, venia donatur: Fonte renatis.

Precibus Christe, tui Confessoris: A nobis cladem, pellas, & languorem: Meritis eius semper adiuuemur: Hic & vbiq;.

Ergo nos Sanctum rogitemus omnes: Impetret pius nobis, vt à Chtisto: Pacem, & tutos hostibus à vinctis: Annuat esse.

Deum laudemus trinum, nũc & vnum: Cum patre notum pxeuma

pxeuma simul Sanctum: His tribus vnus honor sit, & virtus: Omne per æuum. Amen.

Vers. Ora pro nobis Sanctæ Pater Guilielme.

Resp. Vt digni. *Antiph.*

Ad Benedic.

O Confessor Domini Guilielme Sanctissime, qui æternæ claritatis lumine inter Sanctorum agmina, lætus perfrueris, suppliciter deposcimus, vt pro tuis famulis tua festa colẽtibus patrem vere lucis implores.

Oratio.

DEus, qui Beati Guilielmi Confessoris tui veneranda solemnitas iocundantibus animis, nos celebrare concedis tribuæ quæsumus, & eius interuenientibus meritis, æternæ festiuitatis gaudiis facias interesse. Per Dominum nostrum. Ad 3. Collaudabunt.

Vers. Ora pro nobis.

Ad vi. Lectio.

BEatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei, cibauit illum pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris, potauit illũ Dominus Deus noster.

Vers. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. Res. Et ostendit illi Regnum Dei.

Oratio.

ECclesiam tuam, quæsumus Domine, sereno vultu respice, & Beati Guilielmi Confessoris tui adiutam suffragiis, ab omnibus eam defende periculis. Per Dominum.

Ad ix. Lectio.

BEatus vir, qui sustert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Vers. Iustus, vt palma florebit.

Resp. Sicut cœdrus libani multiplicabitur. *Oratio.*

BEati Guilielmi Confessoris tui, & cœnobitæ quæsumꝰ Domine, intercessionibus adiuuemur, vt qui maiestatis tuæ clementiam grauiter dilinquendo offendimus, eius gloriosissimis meritis, nostrorũ delictorum veniam consequamur. Per Dominum nostrum.

In secundis Vesp. Anti.

Mundanis.

Ps. Dixit Dominus Domino. Anti.

Charitatis.

Ps. Beatus vir. Anti.

Ad agni nuptias.

Ps. Laudate pueri. Anti.

Animarum medicus.

Ps. Credidi.

Lectio Collaudabunt.

Resp. Amauit eum Dominus.

Hymnus.

REgis immensi, gratias deuote: In Confessoris, laudibus

dibus manentes: Nos inuocemus, ipse nostra Deus: Augeat vota.

Huius Beati Guilielmi vita: Extitit sequi teneris ab annis: Sacra mãdata, Iesu Christi semper: Mente deuota.

Inde Sanctorum, gratia repletus: Gressibus nudis, felix visitabat: Humilis corde pius, & benignus: Lumina sacra.

Cuius ad preces, piæ quidem vitæ: Ferreis faber, circulis gratanter: Et circumplexus, quosdam arctus sui: Corporis almi.

Plebs tua Christe, huius cœnobitæ: Precibus almis, sorde liberetur: Atq; secum puro corde mœreatur: Scandere celsa.

Sit Deo Patri, totaq; potestas: Virtus, & decus, Spiritui Sancto: Per infinita seculorum simul: Secula. Amen.

Vers. Ora pro nobis. &c.

Anti. ad Magni.

O Diuinæ pietatis admiranda potentia, qui inter beatorũ spirituum agmina super cœli fastigia Guilielmum hodie eleuauit, eiusque sacri nominis propagauit in terris, hanc totis viribus diligamus, hanc dignis iugiter extollamus preconiis.

Oratio.

LArgire nobis quæsum' omnipotens, & misericors Deus, Beati Guilielmi Confessoris tui digne memoriã uenerari, ut tuæ maiestati placere possimus, & eius semper patrocinio muniamur. Per Dominum nostrum. Amen.

Hymnus.

PAx æternalis, unica gignẽtis: Lux filialis amor procedentis: Omnium rerum, trinum, unum, uerum: Lumen æternum.

Ad te clamamus, opem flagitamus: pangere digna, pietas benigna: Nobis adesto, præsens in hoc festo: Lucis origo.

Quo Guilielmus cursum deliniuit: Ethera scandit, moriendo uiuit: Regnat in cœlis, semper ipse felix: Omnibus Sanctis.

Flamine sacro, penitus afflatus: Terrea spreuit, decus, & primatus: Luce serena, rutilans amœna; Sobrietate.

Vrsum à fonte, monitis deiecit: Marmor à binis, bobus ferri fecit: Quod trahi à trinis paribus bis binis: Loco nequibat.

Monte Luceni, Dominum cõspexit: Ipso tenore, quem in cruce uexit: In honore sui, domum Saluatoris: Cõdere iussit.

Nocte candela, domum uisitauit: Prece mariti coniugem curauit: Muro defixã, quã tulerat

tulerat ipſe: Mane videre.

Ortulo Lupi aprum fugauerunt: Ac cœnobitæ prorſus paruerunt: Natam curauit pater vt optauit: Morbo lunari.

Illo qui caput iaculo percuſſit: Laruam obſænum, procul ire iuſsit: Plaſma diuinũ fecit aqua vinum: Hic Guilielmus.

Cœlo ditatus, humerum curauit: Manum, & latus opem erogauit: Aegræ puellæ ſub uenire velle: Somnis oſtendit.

Prunis extenſis, ſtratum præparat nm: Igne ſuccenſis ganeam vocauit: vt ſecum ſtaret pati quod amaret: Ipſe rogauit.

Cœlici ciues noctem ad hæſerunt: Famina ſacra, plurima tulerunt. Roget, vt ipſe Dominum obnixe: Poſcimus omnes.

Summo ſit laus, gloria parenti: Genito ſemper pariterq; Sancto: In vnitate Sanctæ Trinitati: Nunc & in æuũ. Amen.

Finis Officij in die Sancti Guilielmi.

OFFICIVM SANCTI AMATI EPISCOPI, ET CONFESSORIS.

In Primis Vesperis.

Antiph. de Laudibus.

AMATENERIS annis. *Ps. Dixit Dominus. Antiph.* A puero:
Ps. Confitebor. Anti.
Et nunc diuinis.
Ps. Beatus vir. Anti.
O Christi famule.
Ps. Laudate pueri.

Lectio.

ECce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio: non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi, ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebe sua. *Resp.*

VIrtutum gradibus Christi pia castra secutus. Inter cõsimiles, In cœlis guadet Amatus. Vers. Nobilis in terris, miles sudauit in armis. Inter. gloria, In cœlis.

Hymnus.

CHriste serena, gloria superna: Virtus amena, vita lux æterna: Suscipe vota tibi nempe nota: Conditor alme.

Soluimus ora, decus ad eorũ: voce sonora, gloria sanctorum: Qui te tulerunt, per te percepernnt. Gaudia palmæ.

Numero quorum, rutilat Amatus: Acto bonorum, cœlitus afflatus: Cuius in festo Christe nobis esto, Pacis amator.

Hic aquæ potum, Domini vigore: Vino per motũ, optimo sapore: Dum fabricatur, mansio testatur: Virginis almæ.

Annuo claudum gressu religatum, Cœlica virtus soluit in Amatum: Tempore bino operi diuino: Hic famulatur.

Carcere nexus erat, vt corula: Ille confexus, hostium ab aula: Venit ligatus. fecit hoc Amatus: Nusci patronus.

Organa

Organa vocis erant vni clausa: Sanctum adiuit, & pro tali causa: Sed reformauit, verba quæ rogauit: Sanctus Amatus.

Templa diuina, Matri Saluatoris: Instruit bina ope creatoris: Prope Lacenum, flumen, & amenum: Iuxta caloris.

Plura prædictis, mirabiliora: Factis, & dictis, horum, & maiora: Signa pro certo, Sãctus in aperto: Mundo patrauit.

Laus Trinitati, gloria solemnis: Sit deitati, vnice perẽnis: Supplicum munus trinus Deus, & vnus: Scemat in æuum. Amen.

Vers. Ora pro nobis Beatæ Amatæ.

Resp. Vt digni.

Ad Magni. Antiph.

O Christi pietas, ò summi gratia Regis, qui famulũ per signa suum mirãda colendum declarat terris, & regna donat in astris. Magnific.

Oratio.

PReces nostras quæsumus Domine propitiatus exaudi, & Beati Amati Confessoris tui atq; Pontificis, solemnitate munitos, ab omni nos aduersitate custodi, & gaudia nobis æterne largire. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum. Inuitatorium.

CHristum regẽ gloriæ gaudentes collaudemus: per quæm nobis Cõfessorum splendor enituit. *Ps. Venite.*

Hymnus.

Christe Serena. *Vt in Vesp.*

Anti. Ad Noc.

AVrea Pontificum lampas splendorq; iuualis; virtutum atq; præciũ nos protege dulcibus alis: ne lactus, & puteus nos sorbeat exicialis. *Ps. Beatus vir. Anti.*

Assiduis insistens vigilijs totus in Dei feruebat obsequio. *Ps. Quare fremue. Anti.*

Protege, pasce, foue, curaq; Lupos, procul arcens quas cõmisit oues: tibi summus pastor, & auctor.

Ps Cum inuocarem. Anti.

Fer miseratus opem: varia sub sorte gementes, cœlitus vt cœleste capiamus quisque iuuamen. *Ps. Verba Anti.*

Accipe thura precum, quas fundimus: accipe laudum vota, & merita complacãs iudicis iram.

Ps. Domine Dominus noster. Anti.

Sicut in cupribus rosa, sic vir Dei in populo vita fulgebat theorica.

Ps. In Domino confido.

Vers. Amauit Dominus, & ornauit eum.

Resp. Stolam gloriæ induit

gnum ædificat. Vers. Ad Lacinij Montis radicem. Fontilianum, ad Virginis gloria.

Monaste. *Resp.* 4.

O Per omnia Pastorem laudabilem, qui cum Monachis viuens. Totus in Dei dilectione, & proximi versebaris. Vers. Mori paratus, pro Deo animam ponis. Totus. Gloria. Totus.

Ad iij. noctur. Ad Cant. Anti.

ISte in specula Ecclesiæ consistens dœmoniacas nos docet euitare insidias.

Cant. Beatus vir qui in sap.

Vers. Iustus vt palma florebit. Res. Sicut cœdrus libani multiplicabitur.

Secundum Lucam.

IN illo tempore. Dixit Iesus Discipulis suis. Sint lumbi vestri præcinti, & lucernæ ardentes in manibus vestrs.

Et rel. Homilia S. Ggreg. PP.

SAncti Euãgelij lectio aperte est nobis recitata, sed ne aliquibus ipsa eius plenicies alta fortasse videatur, eã sub breuitate transcurrimus, quatenus eius expositio, ita nescientibus fiat cognita, vt tamen scientibus non sit one-

nes effugare. Vers. Iste perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus. Et dedit.

Alie Lectiones de vita. *Resp.* 2.

ISte fons pietatis irriguus. Vnde Oleum misericordiæ incessanter distilat. Vers. Qui fœcunda cœlestis Regis oliua, luminis, & pacis alimento fundit oliuũ. Vnde. *Resp.* 3.

O Res inexstimabilis, ò signũ cunctis gentibus declarandum animarum curam aufugit. Et Pontifex eligitur. Vers. Ad Monasterium fugit vt totus se Deo dicaret. Et Ponti. *Resp.* 4.

VIuebat antistes Amatus in Ecclesiastica cura, vt populo seruiẽs. Deo erat intentus. Vers. Foris agens populo intus vero. Deo. Gloria. Te Deum laudamus.

Secundum Lucam.

IN illo tempore. Dixit Iesus Discipulis suis. Sint lũbi vestri præcinti, & lucernæ ardẽtes in manibus vestris & vos similes hominibus expectantibus dominũ suum quando reuertatur à nuptiis, vt cũ venerit, & pulsauerit, confestim aperient ei. Beati serui il

si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit Beati sunt serui illi. Hoc autem scitote. Quoniam si sciret pater familias, qua hora fur ueniret, non sineret persodi domum suam, & uigilaret utiq; & uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Amen. Te decet laus. Te decet hymnus. Tibi gloria Deo Patri, & Filio, cum Sancto Spiritu, in secula seculorum. Amē.

Oratio.

PReces nostras quæsumus Domine propitiatus exaudi, & Beati Amati Confessoris tui atq; Pontificis, solemnitate munitos, ab omni nos aduersitate custodi, & gaudia nobis æterna largire. Per Dominum nostrnm.

Ad Laudes.

Deus in adiutorium.

Psᵗ. Deus miſe. *Anti.*

Ad Laudes, & horas.

A teneris annis sacro moderamine mentis, Christi Confessor carnis compescuit æstus. *Psᵗ. Dominus regna. Antl.*

A puero mundum Sanctus cō tempsit Amatus Infima despiciens sola superna petēs.

Psᵗ. Iubilate. *Anti.*

Et nunc diuinis precibus, nūc laudibus instens. Artus spiritui semper seruire coegit.

Psᵗ. Deus Deus meus. *Anti.*

Ad iussum Sancti mox pallida lympha coloremi. Inuitauit largita moerum dulceq;.

Benedicite. *Anti.*

O Christi famule ex toto corde colendus eius sentit opē deuote qui petit illum.

Psᵗ. Laudate. Lectio. Ecce sacerd. In Vesp. Resp. bre.

Elegit eum Dominns. Sacerdotem sibi. Resp. Elegit. Verſ. Ad sacrificandum ei Hostiam laudis. Resp. Sacerdo. Verſ. Gloria. Rerſp. Elegit.

Hymnus.

FEstum insigne, præsulis Amati: Colimus digne, Sante Trinitati: Soluere uota, surgimns in tota: Deuotione.

Hic Deo gratus, claruit honeste: Corde Beatus, actione teste: Pauperum uera, mansit mente pura: Dilectione.

Festa præsenti, Sancti Confessoris: Sumus intēti, gaudia canoris: Carmine damus, tibi iubilamus: Petitione.

Sanctum Amatum, cuncti ueneremur: Cœlo ditatum, laude præconemur: Miraculorum, probitate morum: Fama feratur.

Quidam omnino, pergere ne quibat: Claudus, & miser, ibat, & redibat: Redidit gressum, uinculis annexum: Præsul ornatus.

Alto suspensa, casu faciente: Lampa

Lapade accensa, populo vidente: Corruit vento, stat in pauimento: Sine fractura.

Clerico chori, langor inhærebat: Cupiens mori, sedule merebat: Mox sanitati, Meritis Amati: Redidit ille.

Hostibns quidam, ductus & ligatus, Verbera pœnas, tulit cruciatus: Constat Amato, ipso liberato: Carcere duro.

Hodie cuncta, plaudit plebs deuota: Laudibus iuncta Christo fide, vota: Magno canore, semper in amore: Deuotionis.

Gloria summo, sit omnipotenti: Eius, & filio, sitq; procedenti: Numini trino, vnico diuino: Nunc, & in æuū. Amen.

Vers. Ora pro uobis Sanctæ presul Amate.

Resp. Vt digni efficiamus promissionibus Christi.

Ad Bened. Anti.

O Mira, & summa pietas, ò inextimabilis gratia Saluatoris, qua in pauperum cōpassione sacris medullitus misericordiæ [illegible] Pontifex

Ad iij. Antiph.

A puero. Lectio. Ecce Sacerdos. Ver. Ora pro nobis.

Ad vi. Lectio.

BEnedictionem omnium gētium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius, cognouit eum in benedictionibus suis: cōseruauit illi misericordiam suam & inuenit gratiam coram oculis Domini. Vers. Elegit eum Dominus Sacerdotem tibi. Resp. Ad sacrificandum ei Hostiam laudis.

Oratio. Preces. Ad ix. Lectio.

MAgnificauit eum Dominus in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ, statuit ille testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificauit illum in gloria, fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, & offerre illi incensum dignum in odorē suauitatis.

Vers. Iustus vt palma florebit.

Resp. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Oratio. Preces.

In Secundis Vesperis. Anti.

A teneris

Ecce sacerdos. *Resp. bre.*
Amauit eum Dominus. Et ornauit eum. Resp. Amauit. Vers. Stolam gloria iuduit eum. Resp. Et ornauit. Ver. Gloria. Resp. Amauit.

Hymnus.

ADest Amatus nobilis festumq; Cœli curiæ, vt rosa delectabilis: Offerturq; regi glorie.
Amatus fide claruit, carens parentum: Nebula: Deo seruire studuit: Sub Regula Monastica.
Carnem afflixit iugiter: cum labore: Multiplici: viam sequens humiliter: Patrisque Guilielmi.
Præsul Amatus humilis: Christo se: Totum dedicat: in lege Dei doctilis: Verbis exẽplis prædicat.
Præsul Amatus floridus, & virtutum: Sacrarium: Nullum mortalis criminis: Sensit vnquam contagium. Deo Patri sit gloria.
Vers. Tu es Sacerdos in æternum.
Resp. Secundum ordinẽ Melchisedech.

Ad Mag. Anti.

O Sacratissime Amate, qui Regulari Normæ traditus puerum à morte liberasti: paraliticum, & cœcum in sanitatem pristinam reduxisti deprecare pro nobis Dominũ Iesum Christum. Magnificat.

Oratio.

Preces nostras. &c. In octaua totum Officium, vt in die.

FINIS.

INDEX NOTABILIVM RELIGIONIS AC SACRI MONASTERII MONTIS VIRGINIS.

A.

ABBAS Institutor Religionis, & fundator Sacri Monasterij S. Guilielmus Vercellensis. fol. 1
Abbas 2. Beatus Albertus. fol. 5
Abbas 3. D Robertus. 10
Abbas 4. Beatus Ioannes. 11
Abbas 5. D. Daniel. 12
Abbas 6. D. Gabriel. 13
Abbas 7. S. Paschasius. 17
Abbas 8. D. Gabriel. 17
Abbas 9. S. Donatus. 17
Abbas 10. Beatus Ioannes. 17
Angelus Domini Apparuit S. Amato. 25

B.

BEATVS Albertus Abbas. 3
Beatus Ioannes Abbas iiij. 11
Beatus Ioannes Abbas x. 17
Bulla Coelestini iij. 13

C.

Carnis Maceratio. 2
Centesimum Psalmũ didicit. 2
Corona aurea Virginis cuius fuit. in Prologo.

E.

Ecclesiæ Montis Virginis fundatio. 4
Ecclesiæ Montis Virginis prima dedicatio. 4
Epitaphiũ Sepulcri S. Guilielmi. 10
Esus, Carnis, Ouorum, & Casei quare non est in Virginis Monte. 5
Esequiæ S. Guilielmi. 12
Esequiæ S. Amati. 28
Esequiæ S. Donati. 30
Exemptio facta ab Episcopo Abellinensi. 5

F.

Faber, ferrarius, Sanctum Guilielmum hospitatur. 1
Faber cum S. alloquitur. 1
Fons S. Guilielmi Mõtis Virginis. 3

G.

Gemitus Monialium. 1
Guilielmus S. Prædicator. 10
Gramaticum vincit. 6
Gramatici poena. 6

H.

Habitus S. Guilielmi. 1
Habitus S. Amati. 25
Habitus S. Donati. 29

Katbol. D. Rogerius Episcopus. 28
Katbol. Sanctus Donatus Episcopus Acernij. 11

M.

Miracula S. Guilielmi.
Miraculum de Coeco. 2
Miraculum de fonte inuento. 3
Miraculum de Vrso. 3
Miraculum de calcaria. 4
Miraculum de Brachio arido. 4
Muraculum de Muta. 4
Miraculum de Lupo. 4
Miraculum de lapide. 5
Miraculum de Muliere Beneuenti. 6
Miraculum de apro. 6
Miraculum de puella lunatica. 6
Miraculum de Doemoniaco. 6
Miraculum de cocca. 7
Miraculum de aqua in vino conuersa. 7
Miraculum de igne extinto. 7
Miraculum de lunatica. 7
Miraculum de Meretrice. 7
Miraculum de Surda. 10
Miraculum de Nuscana paralitica. 10
Miraculum de Doemoniaca. 11
Miraculum de paralitica. 12
Miraculum de Doemoniaca. 12
Miraculum de puero claudo. 17
Miracula S. Amati. 25
Miraculum de Muto. 25
Miraculum de Claudo. 25
Miraculum de vincto catenis. 25
Miraculum de Permicerio. 26
Miraculum de lunatica. 27
Miraculum de Doemoniaco. 27
Miraculorum Numerus Sancti Amati. 27
Miraculum de Clerico. 27
Miraculum de paralitica, & doemoniaca. 27
Miraculum de lampade. 17
Miraculum de Doemoniaco. 28
Miraculum de Captiuo. 28
Miraculum de claudo. 28
Miruculum de paralitico. 28
Miraculum de Coeco. 38
Miraculum de puero 29
Miracula S. Donati.
Miraculum de furno purgato. 30
Miraculum de Vrso. 30
Miraculum de eius Brachio. 30
Monasteria ædificata à S. Guiliel.
Monasterium Montis Virginis.
Monasterium in Basilicata. 6
Monasterium S. Saluatoris. 6
Monasterium prope venusium. 8
Monasterium Melphi. 8
Monasterium virorum Panormi. 8
Monasterium Monialium Panormi. 8
Monasteria à S. Amato.
Monasterium Fontiliani. 25
Monasterium S. Mariæ longe. 27

N.

Numerus Reliquiarum Montis Virginis. 16

O.

Obitus S. Guilielmi. 9
Obitus S. Amati. 27
Obitus Sancti Donati 30
Officium S. Guilielmi. 31
Officium S. Amati

P.

Penitentia S. Guilielmi. 1
Penitentia S. Donati. 30

Priuile-

Priuilegium Regis Rogerij. 8
Priuilegium Henrici Imperatoris. 12
Priuilegium Federici Imperatoris. 17
Priuilegium 2. Federici Imp. 21
Prodigium magnum. 5

Q.

Quante eccellentie sit Monasterium Montis Virginis. in Prolo.
Quot loca. Terras, Casalia, Vassallos, bona, exemptiones. 14. 20. 22. 23.

R.

Rex Rogerius S. Guilielm. videre cupit. 4
Rex cum Sancto alloquitur. 7

S.

Sancti Religionis Montis Virginis.
S. Guilielmus Confessor. 1
S. Amatus Episcopus Nuscanus. 24
S. Ioannes Abbas in Sicilia. 8
S. Pascasius Abbas Montis Virginis. 16
S. Marcus Abbas M. V. 16
S. Donatus Abbas M. V. 17
S. Donatus Monachus. 29

T.

Translatio Brachij S. Guilielmi. S. Lucæ Euangelistæ, & Humeri S. Philippi Apostoli. 16
Translatio Reliquiarũ S. Amati. 28

V.

Vita S. Guilielmi. 1
Vita S. Amati. 24
Vita S. Donati. 29

Errores Remittuntur iudicio legentium, vt castigentur.

FINIS.

Imprimatur.

V. Quatrimanus Vicarius Gen. Neap.

Paulus Regius vidit.